



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold
Francofurti ad Moenum, 1708**

VD18 10184902

Liber I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-62002)



LIBER PRIMUS.

TÍTULUS I.

De Personis Ecclesiasticis in genere.

S U M M A R I A.

1. Personarum divisio
2. An omnes sub ea com-
3. De Laicis & qua sub
4. Rex unctus an sit Lai-
5. Ecclesiastice persona qua.
6. Laici quorum mune-
7. An non aliquando ad-
8. Quomodo Imperator
9. Ut Laici ab Ecclesiasti-
10. Clerici quotuplices.
11. An Episcopatus ordo

DEr sine, quæ hoc Jure considerantur, sunt Ecclesiasti-
ca, tam *impropriæ*, quam *propriæ* dictæ. c. 7. duo sunt
genera 12. qu. 1. Hoc est alii sunt Laici, Clerici alii.
d. can.

Videntur tamen esse plures: Nam sunt *Conversi*, 2
qui nec non sunt Clerici, nemet etiam sunt Laici: can. 21. quisquis
17. qu. 4. d. can. dno sunt cap. non dubium 5. de sentent. excomm. sunt &

C 3

Reli-

Religiosi; cum strictè sumpti, hoc est, tria vota professi; *de quib. inf. de Regular. & Monach.* qui tamen non sunt necessariò Clerici: tum late, qui nec absolute possunt appellari Laici: *ut traditio in Rubr. de Regul. & transiunt ad relig.* Quales videntur esse *Eremitæ*. Qui licet non sint Clerici, nec etiam Regulares, Ecclesiastico tamen gaudent privilegio. *Abb. & alii in e. cum monasterium.* I 3. *de election. text. in c. nullus.*

2. *de foro compet.* Sed dictæ persona species non constituunt diversas, sed resolvuntur & rediguntur ad istas duas; ut innuitur in sequentibus. Milites tamen S. Joannis Hierosolymitani, neque propriè dici possunt personæ Ecclesiasticae, neque Laici: *ut docet Petrus Gregorius in Syntagma. Jur. Universi. lib. 15. cap. 34. ubi vide.* Alii, ut & Nos infra, eos annumerant Religiosis. *Vid. infra tit. 61. de intrantibus Religion.*

Ecclesiasticae personæ impropriè dictæ sunt Laici: id est, populares, d.c. duo sunt genera. vers. aliud vero.

3 Dicuntur *Ecclesiastice*; quia divino baptisnatis munere in Ecclesia admissi, & in albo adscripti Christianorum.

Dicuntur *populares* ἀνὴρ λαίος; id est, *populus*.

Hinc apparet populi appellatione non venire Clericos. c. si sententia 16. de sent. excommunic. in 6. c. quod sicut 2. 8. in fin. de election. c. fin. de feriis c. ex parte 1. de privileg. Nec non Laicorum appellationem esse tam plenam, quam Populi apud Romanos, quā omnes generis cuiuscumque homines & cives continebantur, plebeji, Senatores, Equites, & Sacerdotes, ibid. Inter Laicos tamen etiam Reges, licet regantur, c. un. de sacra unit. & Principes seculares & Imperator numerantur. c. dudum 31. c. tua 1. & ibi Abb. de decimis.

5 *Personæ Ecclesiastice propriè dictæ*, sunt illæ, quæ ipsius Ecclesiæ ritibus, & solemnibus quibusdam servatis, ab Episcopo, ut famulentur ipsi, sunt adscripti: Dicuntur *Clerici*; eo quod in sortem Domini sunt dilecti. d.c. duo sunt genera. vers. inde.

6 *Laici*, de quibus hic non erit sermo; divinis non sunt mancipati officiis. Quia secularis seu laicalis potestas & Ecclesiastica sunt diversæ. c. imperium 15. c. quoniam idem 8. & tota disf. 10. c. cum ad verbum 6. disf. 96. ideo & Laicorum & Ecclesiasticorum est separata conservatio: c. 6. sicut Sacerdotes 2. qu. 7. separati corum Judices: c. licet ex sus-

ex suscep^tto 10. c. si diligenti^r 12. c. significasti^r 1. de foro compet. Nec pos-
sunt Laici durante Missa, stare s^ecus altare, sedere inter Clericos; c. 1.
de vita & honest. Cleric. c. 1. §. fin. de cohabit. Cleric. c. Sacerdotum 30. de
consecrat. dist. 2. aut in Canonicorum computari numerum. c. 2. de
institut. Cum enim diversæ sint professiones, convenire inter se non
possunt: c. cum cauſam 27. de elect. can. in nova 22. cauſ. 16. qu. 7. Nisi
ex privilegio. Petr. Gregor. lib. 2. parit. Jur. Can. cap. 5. tit. f. Minus-
que Laici (nisi ex Papæ indulgentia. Innoc. & Abb. in c. quanto 4. de
confut. Gloss. in c. bene quidem 1. ad verbum. præter Romanos dist. 96.)
beneficiorum Ecclesiasticorum sunt capaces; quippe quæ conferri
tantum debeant Clericis divino consecratis cultui. c. ex literis 6. de
transaction. Clem. quia contingit. §. ante religios. domib. Proinde nec
Laici, etiam Principes, eligunt Prelatos: c. omnis electio 7. dist. 63. c. sa-
crostanta 51. c. Massana 56. de electione. Nec beneficia Ecclesiastica con-
ferunt, c. 18. nullus Laicus c. 19. sicut Dominus. cum seqq. 16. qu. 7.
nisi ex privilegio: c. dilectus 3. de præbend. c. dilecto 40. de testib. can.
Adrianus & can. in Synodo. dist. 63. Nec decimas Ecclesiasticas, quæ ob
cultum divinum debentur Clericis, jure possident: can. 1. decimas. l. 16.
qu. 7. c. quamvis 18. c. prohibentur 19. de decimis. Quippe Laicis, quan-
tumvis religiosis, de rebus Ecclesiasticis disponendi datur facultas nul-
la; can. 14. Laici quamvis. 16. qu. 7. c. bene quidem dist. 96. Adeò ut nec
esse possunt bonorum Ecclesiarum temporalium & spiritualium simul
Oeconomi: c. decernimus 2. de judic. can. quoniam in quibusdam 21.
cum seq. 16. qu. 7. c. 2. de arat. & qualit. ordin. ut nec Episcoporum Vi-
carii: can. 22. in nona 16. qu. 7. nec possunt accusare Clericos: c. 12.
3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. cauſ. 2. qu. 2. nec prædicare verbum DEI: c. cum ex
injunctio. c. sicut in uno corpore 14. de haretic. (Nisi hoc eis injunga-
tur ab Episcopis: secund. Panormit. inc. decernimus. de judic. Vide Gloss.
ad can. adjicimus. 16. qu. 1.) nec proferre in personam Ecclesiasticam
anathema: can. bona quidem dist. 96. nisi, ut vult Glossa. ibid. ex Sum-
mi Pontificis delegatione: nec de rebus, aut Ecclesiasticarum perso-
narum cauſis, judicare vel cognoscere: c. 2. de judic. c. contingit. de
arbit. de personis vel rebus quid statuere: can. 26. non placuit. 16. qu. 7.
nec constitutionibus suis, etiam in Ecclesiæ favorem promulgatis,
(nisi

(nisi ex Pontificis Summi vel permisso , vel approbatione : c. Ecclesia S. Marie de constitut. c. cum causa de sent. & re judic. c. i. dist. 10.) Ecclesiasticas ligare personas : can. bene quidem dist. 96. can. qua in Ecclesiastum 10. deconfit.

⁷ Invitantur tamen nonnunquam Laici ad spiritualia aliqua ; sed ut personarum Ecclesiasticarum sint & Adjutores & Cooperatores : Ut ad faciendam electionem : in can. 2. in fin. dist. 6. 3. ad faciendum Populo & Clero sermonem : in can. mulier. dist. 23. & quandoque ad matrimoniales causas : can. ad sedem 3. 5. qu. 5. & fidei : can. ubinam. dist. 96. & Imperatores invitantur ad Synodum , non ut praesint , can. 9. si Imperator dist. 9. 64. sed ut confirmari fidem , subscriptant : schismata prohibeant & tumultus : can. ubinam legit. 4. & can. Nos ad 24. dist. 96. vide Panorm. in qu. prima. num. 27. & 28. in quib. causs. & quare Laici interesse debet Concil. Ecclesiast. & uthæreticorum evitetur factio , ad Summi Pontificis electionem : can. I. dist. 96. can. 28. quia sancta dist. 63. Item eliguntur Laici aliquando , etiam salario constituto , ut Monachorum & Ecclesiasticarum personarum lites vel agant , vel defendant : c. i. de Syndic. fabricarum Ecclesiastum curam gerant. Tholos. lib. 2. partit. Fur. Canon. tit. 9. cap. 5. Habent etiam Laici nonnulli Ecclesiastum patrinos , inf. tit. de Fure patron. jura Advocacionis , Vicedominatus , Custodia , Guardiae . De quibus suis locis.

⁹ Ecclesiastice personæ propriæ dictæ divinis officiis sunt mancipati.

Quare ex institutione Ecclesiæ Catholice , dum initiantur , rotundam pilorum in vertice capitum formam coronæ suscipiunt , in regni coelostis , & quod temporalia , ut sortem consequerentur dominicam , deposituerint , signum . can. 21. prohibita. dist. 23. can. duo sunt genera 12. qu. 1. Quade re infra.

Proinde , ut contemplationi atque orationi vacare possint intentius , ab omnitemporalium negotiorum tuba & strepitu se continere & temperare debent . d. can. duo sunt genera .

Hinc licet & Clericis pleraque licita sint , quæ & Laicis ; puta possidere temporalia , agere causas , & judicare inter virum & virum : magis tamen convenit , ut ab omni cessent strepitu ; ne talibus curis avocen-

avocentur à divinis. d. can. duo sunt. Archidiacon. in can. 29. te quidem
II. qu. I. can. qualis. disf. 25. can. diversis. §. de Cleric. conjug. Sed & de
his fuis infra.

Clericorum alii sunt *Regulares*, seu *Religiosi*, sic in specie dicti, 10
quod se omnium maximè religioni censemur devovisse; cum mona-
steriorum angustiis circumscripti sub unius Prælati nutu; propriis
omnibus sponte exuti, & continentiam professi degant: *Seculares*
sunt alii.

Horum rursus alii sunt in *Sacerdotio*: ut *Episcopi*, *Presbyteri*; &
vel in altiori gradu seu *Ordine*; id est, numero, classe, qualitate, vel
conditione: Nec enim hic loquimur de *Sacramento*; vel in inferiore:
alii in *Sacris*: alii nec in *Sacerdotio* nec in *Sacris*. d. c. duo sunt 12. qu. I.

In *Sacerdotio* & altiori ordine sunt *Episcopi*, *Archidiaconi*, *Archipresbyteri*.

An autem *Episcopatus* sit ordo, non convenit inter Canonistas & 11
Theologos. Affirmant isti: *Gloss. in verb. Episcopi. in proem. Sexti &*
verbo, de Episcopis in cap. quia periculosem 4. de sent. excomm. in 6. & ver-
bo sui ordinis. in c. quoties de purgat. canon. & verb. firmatus. in c. provi-
dam 43. de elect. in 6. Fелиx. in c. eam te. num. 8. de re script. fat. text. in c.
cleros disf. 21. c. nullum I. disf. 28. c. I. disf. 32. Accedit Concilii Tri-
dentini auctoritas sess. 23. de sacram. Ord. cap. 4. Negant hi: Ei tan-
tum actiones attribuentes speciales. Quorum sententiae conciliari
possunt hoc modo, secundum Zæsum: *Quod nempe procedat Cano-*
nistarum opinio, si inspicimus Hierarchiam, quam Episcopatus à
Sacerdotio continet diversam; Theologorum vero, officio inspecto
divino, quod aequè offertur à Presbyteris atque Episcopis. Vide Zæs.
comment. ad decretal. lib. I. tit. II. num. 4.

Sed Episcopatum non solum ordinem esse ab aliis distinctum
probant Medin. lib. I. de calibatu. cap. 16. Navarra in manual. cap. 22.
num. 18. Bellarminus. de Sacram. Ord. cap. 5. vers. 3. sed & esse sacra-
mentum sejunctum à Christo institutum; ut collig. ex Concil. Trident.
sess. 23. cap. 3. can. 6. & probat S. S. Patrum testimonis Durandus. in 4.
disf. 24. qu. 5. num. 8. Unde & novum volunt imprimi characterem.
Abbas c. aqua. de consecrat. Eccles. Barbos lib. I. Jur. Eccles. c. 6. n. 2. 3.

D

TITU-

TITULUS II.

De Episcopis.

SUMMARIA.

1. Episcorum nomen 12. Quæ Archi-Episcopi
quæ antiquum. potesas in Suffraganeos.
 2. An differant à Presby- 13. Quæ in eorum subditos.
teris. 14. Quæ circa provincia-
lem Synodum congre-
gandum.
 3. Quomodo dicantur. 15. Archи-Episcopi, an
Quotuplices. Patriarche.
 4. An differant quoad or- 16. Patriarche quot ē
dinem. qui.
 5. Origo Episcorum dif- 17. An Pontifex Patri-
ferentia quoad dignita-
tem. archa.
 7. Illa differentia an positi-
vi an divini juris. 18. Patriarchatus Con-
 8. Metropolitanus quis : 19. stantinopolitanus quan-
Ē unde dicatur. doinstitutus.
 9. Quis Archi-Episcopus, 20. De Alexandrino ē
Ē qua ejus potestas. Antiocheno.
 10. In quibus conveniat 21. De Patriarcharum
cum Episcopo, ē non.
 11. Quando Archi-Epi- 22. privilegiis, ē juribus.
scopus demum posit ob-
ire officium suum. An non Patriarche
sunt impropriè dicti.
- Episo.

Episcopi nomen est antiquissimum. Non tantum in Ecclesia; ut probant D. Augustin. lib. 18. de civit. DEI cap. 19. Baron. annal. Eccles. tom. 1. Anno Christi 58. num. 8 & 9. sed & apud Hebraeos; teste Davide, qui Psalm. 108. vers. 8. dicit: Fiant dies ejus pauci & Episcopatum ejus accipiat alter; Episcopatum, id est, presidentiam, aut superintendentiam; juxta illud Nhemiae cap. XI. vers. 22. Hazzzi filius Bennanni, Levitarum Episcopus; vide Fuentes canon. leet. lib. 2. cap. 17. & apud JCTos Ethnicos; ut ostendit l. munerum 18. §. Irenarcha 7 ff. de munere. & honor. Hodie Christianae religioni est factum proprium.

Differunt à Presbyteris, licet hoc Heretici hodierni, Calvin. lib. 2. 4. Instit. cap. 4. Chemnit. in exam. Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. & can. 6. & 7. cum Arrio, Epiphan. heret. 57. D. August. lib. 6. de heret. cap. 53. negent. ut testatur Scribon. in Theesim. de ora. cap. 7. qu. 4. alitq.. Moventur primo: auctoritate D. Pauli 1. ad Philipp. vers. 15. Ibi, cum Episcopis & Diaconibus; quasi nomen Episcopis ponatur pro Presbyteris. Fecisset enim aliás, ut inquiunt, D. Paulus mentionem de Presbyteris. Accedit, inquiunt, loqui Apostolum plurali in numero Episcopis, at illi plures in civitate una esse non possunt. c. quoniam. 14. de Offic. Jud. Ordin. Moventur secundo auctoritate ejusdem D. Pauli ad Titum cap. 1. vers. 4. ibi, Constitutas per civitates Presbyteros, & Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse; &c. quasi ii quos supraappellavit Presbyteros, iudicem sint quos mox appellat Episcopos. Tertio allegant D. Hieronymum in d. cap. 1. epist. ad Titum. relatum in can. olim. 5. dist. 95. in can. legimus. 24. dist. 93. Sed respondemus. Ecclesiæ initio, licet revera Episcopi à Presbyteris, utpote eorum Judices, Correctores & Rectores, essent distincti; ut patet ex epistola D. Pauli ad Titum cap. 1. & 1. ad Timoth. 5. (Quod etiam probat Calvinista Saravia tract. de divers. ministror. Evang. gradibus.) nomina tamen fuere communia; ita ut nomina Episcopi comprehendenterentur Presbyteri, teste D. Chrysostomo, qui explicans D. Pauli illud ad Philip. vers. 1. 1. Omnibus Sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconibus: Quid hoc? inquit, erantne multi unius Civitatis Episcopi? Nequaquam; sed Presbyteros ita vocavit; tum enim temporis, vocabulum

D 2

erat

erat commune Episcoporum. Similiter Presbyteri nomine significabantur olim Episcopi; ut ibidem ait Chrysostomus. Postea & Episcoporum & Presbyterorum multitudine crecente, ut vitaretur confusio, tam eorum nomina, quam gubernandi officia fuere distincta. Nec nos D. Hieronymi moveat auctoritas, *relati in d.c. olim. 5. disf. 95. &c. legimus. disf. 93.* utpote unius Patris. Cujus opinioni potius preferendum Ecclesiæ Universalis decretum. Secundum quod de fide est tenendum, Episcopos tam in Jurisdictionis, quam Ordinis, potestate, Presbyteris esse superiores. Quippe qui in Apostolorum successerunt locum, non, ut hi, in Discipulorum. *can. in novo 2. disf. 21. can. quorū vices 6. disf. 68.* Unde & hos duos majorum & minorum Sacerdotum gradus ex institutione esse divina distinctos comprobat & definit Concilium Tridentinum. *sef. 23. de sacram. ord. can. 7. Bellarm. tom. 1. controv. 5. lib. 1. cap. 14. cum seqq.*

3 *Episcopi* dicuntur quasi speculatoris, quod populorum sibi creditorum mores debeant speculari. *c. cleris. vers. Episcopus. disf. 2. 1.*

4 Sunt vel *simpliciter Episcopi*, & singulis praesunt civitatibus cum dioecesi, *c. 1. §. Episcopus. disf. 2. 1.* vel *Metropolitani*, *Arch-Episcopi* quandoque dicti, & singulis praesident provinciis. Qualis est quædecim aut undecim habet civitates: *c. 2. scitote. 6. qu. 3. vel Archi Episcopi*, seu *Primates*, quibus Metropolitani, ceterique ejus provinciæ Episcopi subjiciuntur. *d. c. 1. disf. 2. 1.* Aliquando dicuntur *Patriarchæ*. *c. in illis vero civitatibus. 2. per tot. disf. 8. 0.*

5 Docet Isidorus *lib. 7. Etymolog. cap. 12. relatus in d. c. cleris. disf. 2. 1.* istum quadripartitum Episcopalem ordinem esse, sed tantum quantum ad gradum Episcopalem & Jurisdictionem, non vero quoad ipsum ordinem. Quia ordo Episcopalis, quoad potestatem spiritualem, ac Pontificiam dignitatem est tantum unus. *ut tradit Papa Anastas. epist. 9. cap. 3. vers. Episcopi vero. & in c. 1. disf. 9. 9. & in can. Novatianus. 7. qu. 1. Euch. in Inst. Jur. Can. Major. lib. 2. tit. 6. in princ. & tit. 7. antenum. 1. Barbo. lib. 1. de Jure Eccles. cap. 6. num. 4.*

6 Quadripartitum ordinem illum, quidam, *ut Boërius de auctor. magni Concilii num. 54. in fin. Petr. Gregor. syntagm. jur. univ. lib. 1. 5. cap. 1. 1. num. 1. aliq.* descendisse volunt a D. Petro; motiu auctoritate Clemenc-

Clementis Papæ, ipsius Petri discipuli ac Successoris, Qui epist. 1. ad D. Jacobum relatus in can. in illus. dist. 80. dicit D. Petrum illis in Civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos erant Primiflamines, ac primi Legis Doctores, Episcoporum Primates, vel Patriarchas constituisse, qui Episcoporum aliorum causas, & majora fidei tractarent negotia. Ubi vero eorum erant Archiflamines positi, qui prioribus nihilominus habebantur inferiores, præcepisse institui Archi-Episcopos; in singulis reliquis Civitatibus singulos, & non plures ordinasse Episcopos. Quod confirmant Pape, Lucius can. 1. d. dist. & Anacletus can. 1. dist. 99.

Alii ordinem illum ad cœlestis Hierarchiæ, (in qua sunt Angeli, Throni, Principatus) similitudinem volunt fuisse constitutum: ut Ruse. in tract. de preeminent. Episc. dignit. in princ. à prefat. Pighius de Eccles. Hierarch. lib. 3. cap. 1. & auctoritates allegatas contra elidunt, & dicunt, D. Petrum hoc tantum ordinasse ad Idolorum abolendam memoriam. Barbosa lib. 1. Jur. Eccles. cap. 6. num. 6.

Ordo itaque ille Ecclesiasticus quadripartitus erit quoad Episcopatum, (qui unus,) *Juris Divini*, quoad potestatem Jurisdictionis seu regiminis, per quam distinguitur, *Juris Humani. ex Sylvistro Turrecrem. Bursat. consil. 125. num. 45. vol. 1.* Nec turbent nos auctoritates, quibus probari videtur Dignitates hujus Ordinis ad Juris Divini esse referendas institutionem; Loquuntur enim de Lege Divina latissimè sumpta. *Bursat. d. loco.*

Metropolitani Episcopi, secund. Isidor. lib. 7. Etymol. cap. 12. relat. 8 in d. c. cler. vers. *Metropolitanus dist. 21. à mensura dicti sunt Civitatum;* quia decem aut undecim civitates & Episcopos totidem solent comprehendere sub se. can. 2. scitote 6. qu. 3. Rebuff. in concord. tit. de Collation. §. 1. vers. *Metropolitana.* Non recte. Appellatur enim Metropolitanus à Metropoli; id est, Civitate matrice; seu Civitatum matre, & capite provinciæ, ubi Metropolitanus habet sedem. *Covarr. præc. resolut. cap. 18. num. 2. Forcat. dialog. 61. num. 4.*

Archi-Episcopus dicitur quasi Episcoporum Princeps, quia præest 9 omnibus provinciæ sua Episcopis: secund. Isidor. lib. 8. cap. relat. in d. can. cler. vers. *Archi-Episcopus.* Cum Metropolitanus est idem, ut Ordo inuit Romanus, tit. qualiter *Episcopus in Romana Ecclesia ordi-*

netur. Bartol. in c un. de constit. in 6. Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 11. probatur per c. pastoralis. in princ. de offic. Ordin. Extravag. Salvator. de prebend. & text. in c. referente. de præbend. ibi ad Metropolitanum, videlicet Remensem Archi-Episcopum. Cui non aduersatur, quod Imp. Justinianus in Novel. 11. videatur sentire contrarium, cum dicit; *Non solum Metropolitanus, sed etiam Archi-Episcopus fiat.* Est enim decisione Canonici Juris præferenda. ex not. in c. 1. de novi oper. nunciat. Potestque etiam fieri ut Archi-Episcopus aliquis non sit Metropolitanus, puta si Suffraganeum habeat nullum.

Sunit etiam Isidorus in d. can. clerros. Archi-Episcopi nomen pro Patriarcha seu Primate; Metropolitanum vero pro Archi-Episcopo.

10. Archi-Episcopis subjiciuntur ejus Provinciae Episcopi; d. c. 1. dist. 21. Quamvis respectu Ordinis & in substantia; id est, respectu characteris, Episcopus tandem habeat, quam Archi-Episcopus.

Est enim ordo Episcopalis, quoad potestatem spiritualem ac dignitatem Pontificiam tantum unus; ut & supra diximus; respectuamen executionis & negotii, sollicitudinem habet majorem Archi-Episcopum. Zabarell. in Clement. Archi-Episcopo. num. 7. de privileg. honore que cæteros præcellit Episcopos; Gemin. in c. per singulas. 1. & 2. caus. 9. qu. 3. & est persona magis privilegiata; can. 6. servatis. can. 5. igitur. 25. qu. 2. majorisque auctoritatis, & circa suos subditos, in sua tantum diaœcisi; & circa Episcopos Suffraganeos, & circa Horum subditos; & in Provinciali Episcopali Synodo, Suffraganei Sede vacante.

Circa suos subditos; quod præter alia quæ cum Episcopis habet communia; de quibus infra; discrepet ab illis primò quoad Consecrationem; Consecratur enim adhibito Primatis consenti, à tribus Episcopis Suffraganeis, omnibus aliis provinciæ vel præsentibus, vel si præsentes esse non possint, per literas consentientibus; can. quia per. 6. dist. 6. 4. aliter vero Episcopus, ut dicimus infratit. de consecrat. Deinde 11 quoad muneric exercitium. Nec enim, licet sit consecratus, & accepit possessionem, exercere potest illud, antequam acceperit pallium. c. nisi specialis. de auct. & usu pallii. vide inf. de recept. & usu pallii. Sebap. Caesar.

Casar. de relect. de Eccles. Hierarchia. part. I. disp. 5. §. 2. num. 4. Machin.
de ordin. tract. 4. cap. 9. num. 6.

Quoad Suffraganos; Primo; In eos electos confirmando. c. I. 12
dist. 6. 4. c. innotuit. c. cum dilectus. de elect. c. inter corporalia. de translat.
Episcop. c. qua fronte de appellat. Secundo; In eos, vel per se, vel per
alium consecrando: can. qui in aliquo. dist. 5. 1. & tot. dist. 6. 4. & 6. 5. c.
suffraganeis. de elect. c. si Archi - Episcopus. de tempor. ordinand. Tercio;
Ad consecrationem unius reliquos vocando; qui accedere tenentur:
can. non debet. cum seq. dist. 6. 5. d. c. si Archi - Episcopus. Quartio; Ea
qua servantur in Metropolitana, ut servari current injungendo: c. dilec-
tus. 30. de simonia. Quinto; Eos singulis saltem trienniis, ad Pro-
vincialem Synodum convocando: Concil. Trident. sess. 24. de
reformat. cap. 2. in qua Ipse praesidet: c. placuit. dist. 1. 8. & Gloss. verb. ex-
ceptis. in c. Pastoralis. de offic. Ordinar. Sexto; In, ut apud Ecclesiastis re-
sideant suas, curando; & super Eorum absentiam inquirendo: Concil.
Trident. 23. de reform. cap. 1. Septimo; In Eos, ut Justitiam ministrarent
Subditis, & munus obeant ritè, compellendo: c. conquestus. 8. & ibi.
Gloss. verb. provocaverit. 9. qu. 3. & Gloss. in sum. d. qu. 3. Abb. in c. si quis
contra Clericum. num. 40. de foro compet. vide c. sicut. 25. de accusation. c.
in nova. 1. 6. q. 7. c. cum scimus. 9. qu. 3. Concil. Trident. sess. 23. de reformat.
cap. 1. 8. Octavo; In Eos suspendendo, interdicendo, & excommuni-
cando: c. I. §. fin. de offic. Ordin. in 6. c. venerabilis. & ibi Abb. de sent.
excommun. Nono; In Eorum circa munus negligentiam supplendo:
c. cum simus. 9. qu. 3. cap. I. §. notoria. de censib. in 6. vide Barbos. de Jure
Ecclesiast. lib. I. cap. 7. num. 32. cum seqq. Decimo; In Eorum, civiliter,
vel criminaliter conventorum, caussas cognoscendo. c. 6. quia co-
gnovimus. 10. qu. 3. c. pastoralis. in princ. ubi Abbas. num. 2. de offic. Ordin.
c. sollicitudinem 5. 6. de appellat. Vnde tamen Concil. Trident. sess. 13. de re-
format. cap. 6. & 7. & sess. 24. de reformat. cap. 5. Undecimo; In ap-
pellationes à sententiis Eorum recipiendo: c. 2. ubi Gloss. de confuer. in
6. c. ut litigantes. 5. de offic. Ordin. in 6. c. Romana. 3. de appellat. in 6. c.
Romana. 5. de sentent. Excommun. in 6. Duodecimo; In Eorum dia-
ceses visitando: De quo infra tit. 28.

Circa Suffraganeorum subditos auctoritatem tantum & potesta-
tem

tem habet Archi-Episcopus, in casibus in jure expressis: c. 1. de supplend. negl. Pralator. c. pastoralis. in princ. de offic. Ord. c. Romana. c. venerabilis. de sent. excomm. in 6. Scaccia de appellat. qu. 8. num. 9. 8.

Illi sunt quatuordecim: I. De appellationum cognoscit caussis; d. c. pastoralis. c. duo simul. de offic. Ordin. c. 1. eod. in 6. can. conquestus. 9. qu. 3. c. 1. de foro compet. in 6. d. c. Romana. Covarruv. pract. resolut. cap. 9. num. 2. Caussis non tantum spiritualibus, sed & temporalibus. Scaccia. d. c. qu. 8. ex num. 90. vide Barbos. d. lib. & cap. num. 44. cum seqq. Excepta fidei caussâ. Cujus cognitio defertur Papæ. Scacc. d. loc. num. 88. II. Cognoscit de caussis totam Provinciam concernentibus; ut de tollenda consuetudine prava: c. ad extirpandas. c. fin. de filiis Presbyter. c. ex frequentibus. de instit. Abb. in c. pastoralis. in princ. de offic. Ordin. ubi Felin. num. 7. III. Cognoscit de Injuriis à Suffraganorum subditis, Ipsi vel Nunciis, vel familia sua, dum exequitur Jurisdictionem suam, illarum: c. 1. de pœnis in 6. IV. De Excessibus Canonicorum, injustè, contra suum Episcopum à Divinis cassantibus: c. irrefragabili. §. ceterum. de offic. Ordin. V. Punit crima notoria: c. 1. §. sane. vers. notoria. de censib. in 6. Abb. in c. ex frequentibus. num. 10. de institut. VI. Corrigit Suffraganorum subditos in divinis officiis Ecclesiae Metropolitanæ ritum non sequentes: c. de iis. disp. 12. can. quicunq. 26. qu. 5. VII. Mittit Ecclesiasticorum Questores pro Ecclesia Metropolitanæ fabrica, c. 1. de pœnit. & immisione. aliove pio opere: Franc. ad d. cap. 1. Imol. in Clem. abusionibus. num. 28. & Zabarell. num. 9. d. it. IX. Mitrit in casibus ad Jurisdictionem suam pertinentibus, per Provinciam totam Edicta: Franc. ad c. 2. de supplend. negl. Pralat. in 6. IX. Concedit indulgentias, licet non sit in visitationis actu; modo statutum Concilii generalis non excedat: c. nostro. de pœnit. & remiss. Bonac. de sacram. disp. 6. de indulgent. qu. 1. puncto. 3. num. 2. X. Interdicit prædicationis officio: c. tuarum. de probat. XI. Mitrit in exiliu delinquentes. c. 2. de arbitr. d. c. tuarum. XII. Punit Suffragani subditam, in Provincia sua delinquentem; contrahentem, aut ibi bona, possidentem judicat: c. 1. & per tot. 3. qu. 6. c. placuit. 6. qu. 3. XIII. Eum injustè excommunicatum, nec absolutionem obtinere valentem, ablolvit receptâ cautione juratoria; c. ad reprimendum. de offic. Ordin.

*Ordin. c. qua fronte. de appellat. aut declarat excommunicatum injustè.
c. sollicitudinem. de appellat. c. per tua. de sent. Excommun. in 6. c. venerabilem. eod. in 6. ubi Gloss. & Dd. XLV. Visitans Provinciam suam (Quod ex Tridentini Concilii dispositione, non facit, nisi causà cognitâ & in provinciali Concilio approbatâ: *Sess. 24. de reformat. cap. 3.*) exigit à Suffraganeorum subditis procurationem; c. cum *Apostolus. ubi Gloss. verb. Archi-Episcopi. c. sacerdotia. c. super eo. de censib. in 6. c. cum ex offici. de prescript. c. 1. & fin. de censib. in 6.* corum audit confessiones, absolvit eos etiam in casibus Episcopo reservatis; d. c. 1. & fin. *Pavin. de visit. par. 2.**

qu. 4.

Circa *Synodus Provincialis* celebrandam habet auctoritatem *14*
Arch-Episcopus. 1. Episcopos Suffraganeos ad illud convocat: *ut dictum:* 2. De causis inter illos & Clericos, tam criminalibus, quam civilibus cognoscit. *can. 46. § Clericus. 11. qu. 1. can. 1. caus. 6. qu. 2.* 3. Abusus difficilis, questionesque graves circa imagines, reliquias, miracula similoque ortas, una cum Synodo salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate dijudicat: *Concil. Trident. sess. 25. de invocat. & venerat. Sanct. in fin.* 4. De Suffraganeorum suorum absentia licentia statuit: *Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1.* aliaque plurima, ex dicto Concilii decreto cum Suffraganeorum judicio facit: *qua vide d. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 3. in fin. & sess. 23. de reformat. cap. ult. in fin. & sess. 24. de reformat. cap. 1. & 13. sess. 25. cap. 11. vide Barbos. d. lib. 1. cap. 37. cum seq.* 5. Suffragani Sede vacante, licet ad Canonicorum pertineat capitulo, ejus administratio; *can. 48. non liceat alicui. 12. qu. 2. c. 1. & pen. & ult. de supplend. negl. Prelat. in 6. casibus tamen duobus curam ejus gerere debet Metropolitanus; Puta;* Si Ea non habeat ministros idoneos, *d. can. non liceat alicui. Pavin. de offic. & potest. Capit. Sede vacante. part. 1. qu. 10. sum. num. 5. 2. Si habeat, sed negligentes. c. ult. de supplend. neglig. Prelat. Vide Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16.*

Præter antedicta habent *Arch-Episcopi*, supra Episcopos insignia quædam specialia; puta *Pallium*; *de quo infra* aliaque.

Arch-Episcopi seu *Primates*, aliquando ut diximus, *Patriarchæ* *15* dicuntur; sed vocabulo latè sumpto; *fac. c. 1. & 2. dist. 99. c. duo si-*

E

mul.

msl. de offic. ordin. Flam. Parif. de resign. benef. lib. 2. qu. 1. num. 46. Non
sibi. Nec enim omnes Primates vere sunt Patriarchæ neccidem ha-
bent officium, auctoritatemque eandem.

16 Patriarchæ hodiè propriè sunt quatuor Episcopi, primum post
Summum Pontificem obtinentes locum: hoc videlicet ordine, Con-
stantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. cap. an-
tiqua. 23. de privileg. & dist. 22. in summ. ubi Gloss. & per tot.

17 Inter Patriarchas à nonnullis & summis Pontifex primo loco po-
nisoler, sed hoc notwithstanding loci aliorum Patriarcharum, scd majori-
tatis veræque supremæ potestatis. Turrian. in schol. ad ean. 13. Concil.
Nicer. Bellarm. in controvers. Catholic. tom. I. contr. 3. lib. 2. cap. 18. verf.
argumentum tertium. & vers. seq. Nec adverſatur can. 6. renovantes. dist.
22. Nam ibi similia quidem privilegia Constantinopolitano Episcopo
dantur post Romanum, ad effectum, ut ad ipsum decur appellatio, alia
que habeat Patriarchalis Ecclesiæ privilegia; de quib. vide c. antiqua.
verf. servata. de privileg. scd Romana semper manet superior. Bellarm.
lib. 1. Concil. cap. 24.

18 Patriarchatus Ecclesiæ Constantinopolitane temporibus primis non
fuit in rerum natura: Imò nequidem tempore Constantinopolitanae
Synodi primæ, ut putat Raymond. Ruff. in Molineum pro Pontif. Max.
sub num. 8. pag. 62. in vers. præterea. & sub num. 19. pag. 161. vers. cum
quatuor. motus auctoritate, can. Constantinopolitane. 3. dist. 22. ex ea-
dem Synodo cap. 5. desunt; scd male. Cum dictus canon fuerit sup-
positus & falso, ut ostendit Melchior Can. de locis Theolog. lib. 5. cap. fin.
vers. uane sextum. argument. & lib. 6. cap. 8. in reffons. ad undecim. vers.
hunc loco. Postea, Imperii Sede Constantinopolim translata, Ejus Ec-
clesia primum post Romanam locum occupare coepit: Quod confir-
matum in Synodo sexta; can. renovantes 6. dist. 22. & ab Imperatore
Justiniano; in Novel. 131. cap. 2. scd Romana Ecclesiæ usu; ante In-
nocent. III. in Lateranensi Concilio, de quo in c. antiqua. de privileg.
receptum. not. ad d. can. Constantinopolitane.

19 Alexandrina Ecclesia, olim immediate sequebatur Romanam,
præcedebatque Antiochenam, licet hæc, (ut & Romana) ab Ipso B.
Petro, c. per venerabilem. vers. sane. qui filii sint legit. illa tantum Ejus
nomi-

nomine ab Ejus Discipulo Evangelista Março fuerit instituta: *can. sa-*
cro sancta Romana. dist. 22. Quia suberat Praefecturæ Alexandrinæ; ut
 quæ Augustalis, & sex Ægypti provinciis jus dicebat, *L. 1. ff. de offic.*
Praefect. Augst. nec non Praefecturæ Syriae superior erat. *Baion. tom. I.*
annal. anno 39. num. 10.

Hierosolymitana Ecclesia, in qua primus Episcopus fuit D. Jacobus, frater Domini, & post eum D. Simon, frater quoque Domini; in honore erat quidem summo; sed suberat Metropolitanæ Cæsariensis; postea tamen in Synodo Nicæna, *can. 7.* Patriarchalis, loco quarto, fuit facta: sed non nisi honorem, qui ei ex antiquo usu solbat deferri, iuribus & Metropolitanani (qui erat Cæsariensis, *S. Hieronym. in epist. ad Pamach. contra Joan. Episcop. Hierosolym.*) subiectione salvis, accepit.

Solebat enim Ecclesia illa omnium Ecclesiæ appellari mater; *vide Epistol. Synod. Constantiens. Oecum. ad Damasum apud Theodoret. lib. 5. cap. 9.*

Unde Episcopus ejus inter Apostolicarum Ecclesiæ Antistes sedere, & in literis sic nominari meruit antiquitus. Quod postea in 8. Synodo Generali, *c. fin. dist. 22.* declaratum, ac deum ab Innocentio III. confirmatum; seu potius in Concilio Lateranensi innovatum. *de quo in d. e. antiqua.*

Dicitur quatuor Patriarcharum auctoritas, ceteris omnibus Prælatis, non dignitate solum, verum etiam potestate & Jurisdictione est major: *fac. d. c. antiqua. & c. exigit. & c. felicis. de censib. in 6.*

Quippe ad Eos causa & negotia majora Episcoporum & Archi-Episcoporum post Apostolicam Sèdem (Eius tamen auctoritate in omnibus salvâ) referuntur: *c. 1. dist. 80.* Et quia in Episcoporum ordine sunt primi, *can. 1. in princ. dist. 22. c. grave nimis. in fin. de præbend.* multis gaudent *privilegiis.*

Quorum est primum: Immediate post Papam & incedunt & sedent: *Abb. in d. c. antiqua. num. 6. Propos. in can. definitus. dist. 22.* Quodramen non observatur hodie. *Barbosæ de Jure Eccles. lib. 1. cap. 6. num. 25.* Secundum: Metropolitanos & Eorum Suffraganeos ex causa deponunt: *can. mos antiquus. 6. cum Gloss. dist. 65. can. quod suscep. eti. 3. qu. 5. Gloss. 1. in can. renquantes. dist. 22.* Quod Consilium Tri-

dentinum soli concessit Papæ. *eff. 13. de reformat. cap. 8. & eff. 24. de reformat. cap. 5.* Tertium: Ut possunt & insigniis & ornamentis Papæ: *Abb. Panorm. Hostiens. & alii ad d. e. antiqua.* Quartum: Equiparantur Principibus Superiore non habentibus: *Barbosa. d. lib. & cap. 6. num. 29.* Quintum: Extra Romanum aut Pontificis præsentiam, Legative Ejus, dignitatis Apostolicae utentis insignibus, præfertur Iis elata crux, & utuntur pallio: *d. c. antiqua. Petr. Gregor. Syntagma. juris universi. lib. 15. cap. 3. num. 6.* Sextum: Pallium, sed à Pontifice acceptum, ne obstet: *c. nisi. 3. de auctor. & usu pallii. c. novit. 3. dist. 100.* Archi-Episcopi tradunt Suffragancis suis: *d. c. antiqua. Abb. in rubr. de auctor. & usu pallii. num. 2.* Septimum: Jurisdictionem ordinariam super omnes Episcopos & Metropolitanos totius habent Provincie sua: *d. c. antiqua. Barbosa. d. lib. & cap. num. 36.* Octavum: In Provinciis Jurisdictioni Ipsorum subjectis, etiam mediis omisssis, appellatur ad eos, salvis tamen appellationibus ad Sedem Apostolicam directis: *d. c. antiqua. & ibi Abb. post Innoc. & Hostiens. Maran. de ord. judic. p. 6. cap. de appellat. num. 351. Petr. Gregor. d. Syntagma. lib. 15. cap. 9. n. 6.*

22 *Præter dictos quatuor maximos Patriarchas: sunt & alii, vel ex Romani Pontificis indulgentia, vel consuetudine inveterata, Minores: Gloss. verb. Archi-Episcopus. in can. clericos. dist. 21. Specul. iir. de dispensat. §. Junct quoq. num. 2. Sebæt. Casar. de Eccles. Hierarch. pars. 1. dist. 4. §. 3. in fin. Sed ubique Patriarcharum fit definitè loquendo mentio; quatuor Illi veri Patriarchæ veniunt solummodo. Barbos. d. lib. & cap. num. 50.*

Episcopi omnes, simplices, Archi-Episcopi, Primates, Patriarchæ; cum, ut supra diximus, sint in eodem Ordine; & non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere; c. cui licet, de reg. jur. in 6. l. non debet. 21. ff. eod. habent ligandi solvendique potestatem: sed de eainfra iur. de offic. & potest. Episcop. & visitandi diligentiam, soli in Ecclesia confidunt Sacrum christina, DEI altaria consecrant, & Ecclesiæ repurgant pollutas, ordinant Clericos, suspendunt, deponunt, excommunicant delinquentes; indicunt purgationes, dispensant, poenitentias imponunt solemnes. c. 1. vers. ad Episcopum. dist. 25. c. quamvis. 4. dist. 68. & caus. 26. qu. 6. per tot.

TITU-

TITULUS III.

De Summo Pontifice.

SUMMARIA.

- | | |
|---------------------------|-------------------------------|
| 1. Pontifex Episcoporum | 8. An labi possit in hæresin. |
| summus cur. | 9. Nullus adhuc incidit. |
| 2. Primum D. Petro | 10. Nullus Fidei articulos |
| fuisse concessum proba- | judicat solus. |
| tur. | 11. In judicando juris or- |
| 3. In eo Romanos Pontifi- | dinem servat. |
| ces successisse probatur | 12. Juris, etiam Divini, |
| ex Concilio. | interpretatio competit |
| 4. Ex Sanctis Patribus. | Ei. |
| 5. Papatus an sit Juris | 13. A duabus Cardinali- |
| Divini. | um partibus Electo nul- |
| 6. Quæ Summi Pontificis | la, nisi hæresis, obstat ex- |
| potesas. | ceptio. |
| 7. An major Concilio Ge- | 14. Ut è numero Cardina- |
| nerali. | lium eligatur, an necesse. |

IN Episcoporum Ordine & *Summus* censetur *Pontifex*.
Dicitur *Summus*; utpote qui D. Petri (Cui Ecclesiæ
totius primatum concessit Christus; ut docet Sacra Scriptu-
ra, eam sequentes Sancti Patres & Imp. Justinianus) est
Successor.

B. Petri Primatum esse institutum à Christo, sacre Scripturae pro-
bant loca plura; præcipue duo, in quorum promittitur altero, in al-
tero exhibetur.

Primum est; Matth. 16. ubi legimus sic: *Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo, Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni calorum, & quodcunq; ligaveris super terram, erit ligatum & in celo, & quodcunq; solveris super terram, erit solutum & in celo.*

Ubi Petrus non significat, (ut vult Calvinus lib. 4. Inst. cap. 6. §. 6.) Christum, sed Petrum, id est, personam illam quae dicitur Petrus: non ut persona erat particularis, sed ut Pastor & Ecclesiae caput: ut probant Origenes, homil. 5. in cod. S. Athanasius, in epist. ad Felic. S. Basilius, lib. 2. de Eunom. S. Gregorius Nazianzenus, in orat. de moderat. servand. in disput. S. Epiphanius, in Ancorato, D. Chrysostomus, homil. 55. in Matth. D. Ambrosius, serm. 47. D. Hieronymus, in c. 16. Matth. & in epist. ad Damas. Cyriillus, lib. 2. cap. 2. in Joan. Tertullianus, lib. de prescription. D. Cyprianus, in epist. ad Quintum, D. Hilarius, in cap. 16. Matth. D. Augustinus, in Psalm. contra partem Donati: & serm. 15. de Sanctis. aliquique Patres Sancti.

Alterum est. Joan. 21. ubi verba habentur haec; *Simon Joannes pascit oves meas. Pascit, id est, Age Pastorem, Rege, ut docent Chrysostomus lib. 2. de Sacerdot. Augustinus in Joan. 21. Oves meas; id est, totum meum ovile: ut probant Epiphanius, in Ancorato, D. Chrysostomus, in Joan. 21. D. Ambrosius, in cap. ult. Luce, S. Leo, serm. 3. de assumpt. sua ad Pontificat. D. Gregorius 4. epist. 32. Theophylactus in cap. ult. Joan. D. Bernardus, lib. 2. de considerat.*

D. Petrum in Apostolos vel in Ecclesiam habuisse *Primum* (Quod proprium Antichristi esse notum, dicunt Magdeburgenses, cent. 1. lib. 2. cap. 7. colum. 527.) Sancti Patres, & qui ante vel tempore D. Hieronymi (Quibus adhuc veram Ecclesiae faciem durasse fatetur Calvinus lib. 4. Inst. cap. 7. §. 3.) & qui vixerunt post illud, probant.

Dicit enim Origenes, in cap. 6. ad Roman. Petro cum summa rerum de pascendis ovis contradicetur, & super ipsum velut supra Petrum fundaretur Ecclesia, nullius confessio virtutis ab eo, nisi caritatis exigitur. S. Basilius, serm. de Judic. DEI, loquens de S. Petro, ait; *Ille Beatus qui eateris prelatus Discipulis fuit, cui claves Regni caelestis commissa.* &c. D. Nazianzenus, orat. de moderat. in disput. habend. inquit; *Vides quem admodum ex Christi discipulis, magnis utiq; & excelsis atq; electione dignis;*

Hic

Hic Petrus vocetur, atque Ecclesia & fundamenta fidei sue credita habeat, ac reliqui Discipuli posthaberi se tranquillo animo ferant. S. Epiphanius, hæres. 21. inquit; Petrum elegit, ut Dux esset Discipulorum. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joann. cap. 64. ait; Ut Princeps caputque ceterorum primus exclamat; Tu es Christus Filius DEI vivi.

Quæ etiam confirmant, D. Chrysostomus, homil. 55. in Matth. D. Augustinus, lib. 2. de Baptismo, cap. 1. D. Cyprianus, de unit. Eccles. Maximus, in 3. serm. de Apostolis. Optatus, lib. 2. contra Parmenion. D. Ambrocius, in cap. ult. Luca & cap. 1. 2. epist. 2. ad Corinth. D. Hincmarus, lib. 1. in Jovinian.

Quo in Primatu D. Petri successisse Pontificem Romanum frustra negant heretici hodierni. Refelluntur per Concilia Generalia, & per Sanctos Patres; Ibique Concilium Nicanum, can. 6. relat. in can. 6. mos antiquus. dist. 65. ait; Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus harum omnium habeat potestatem, quoniam quidem Episcopo Romano parilis mos est; id est, Alexandrino Episcopo eas regendas committere consuevit; Secundum Concilium Generale in epist. ad Damasum, quæ apud Theodoret extat lib. 5. histor. cap. 9. dicit; Se apud Urbem Constantinopolim convenisse, ex mandato literarum Pontificis, per Imperatorem ad se missarum. Et fatentur ibidem Romanam Ecclesiam esse caput, se autem membra. Tertium Concilium, ut est apud Eusebium lib. 1. histor. cap. 4. dicit; Se deponere Nestorium ex mandato literatum Cælestini Papæ Romani. Concilium Chalcedonense, in epist. ad Leon. inquit; Et post hæc omnia insuper & contra ipsum, cui vincere custodia à Salvatore commissa est, extendit in animam; id est, contra tuam quaq. Apostolicam sanctitatem. Synodus Constantinopolitana, quæ ante Synodum quintam congregata est in Antimicauſa; act. 4. per Patriarcham Menanum Concilii Præsidemta loquitur; Nos Apostolicam Sedem sequimur, & obedimus, & Ipsius communicatores communicatores habemus, & condemnatos ab Ipsi, & Nos condemnamus. Synodus septima art. 2. recipit & probat Adriani ad Tharasium epistolam, in qua habentur; Cujus Sedes, totum in terrarum Orbem principatum obtinens, luceat omnium Ecclæsarum DEI caput existit; &c. Concilium Lateranense, sub Innocentio III. cap. 5. inquit; Romana Ecclesia, disponente Domino

*Domino, super omnes alias ordinari.e potestatis obtinet Principatum, ut po-
te Mater universarum Christi fidelium & Magistra; &c.*

4 *Confirmant hæc Sancti Patres. Irenæus, lib. 3. cap. 3. dicit; Ad
hanc Ecclesiam (loquitur de Romana) propter potentiorum principalia-
tatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam; &c. Epiphanius heres.
48. inquit; Ursinus & Valens (qui erant Episcopi) pænitentiam agen-
tes, una cum libellis profecti sunt ad B. Julium Romanum Episcopum pro-
ratione reddenda de suo errore ac delito. Idem testatur Athanasius, in
secunda Apologia. Basilius, in epist. 52. ad Athanasium Romano Pon-
tifici auctoritatem visitandi Ecclesias Orientis, & ex auctoritate decreta
faciendi, ac concilia generalia rescindendi, tribuit. Gregorius Nazi-
anzenus, in carm. de vita sua; dicit; Romanam Ecclesiam semper con-
servasse veram de DEO sententiam; ut decet Urbem, quæ toti Orbi præ-
sidet. Cyrillus in libro Thesauri; (ut citatur à D. Thoma in lib. contra
Graecos) inquit; Petrum omnes Jure Divino caput inclinant, & Primate
mundi tanquam ipse Domino Iesu obediunt. Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad
Cornelium ait; Neq; enim aliunde heres oborte sunt, ant nata sunt
sebismata, quam inde, quod Sacerdoti DEI non obtemperatur, nec unus
in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christicogitatur;
& lib. 1. epist. 8. ad plebem Universi, inquit; DEus unus est, & Christus
unus, & una Ecclesia, & Cathedra una super Petrum Domini voce
fundata; &c. Ambrosius, in cap. 3. prima ad Timoth. inquit; Cum to-
tus mundus DEI sit, tamen dominus ejus Ecclesia dicitur, cuius hodie Re-
ctor est Damasus. Hieronymus in epist. ad Damasum de nomine Hypo-
stasi. Augustinus in epist. 162. & lib. 1. ad Bonifacium. cap. 1. Prosper
lib. 2. de vocat. Gent. cap. 6. consentiunt.*

5 *Est ergo Papatus de Jure Divino à Christo constitutus in Personam
D. Petri: sic ut & potestas Eadem ab Eodem Christo data.*

*Quod autem sit in persona hujus, vel illius, excepta persona D.
Petri, non est de Jure Divino, sed ex humana pender electione. Abb. in
quæst. 1. incipit Episcopus. colum. 4. in fin. & colum. 5. in princ. num. 9.
vers. 6.*

6 *Quid mirum ergo Pontificem Romanum potestatem habere majo-
rem cæteris Episcopis. Imò & ipsis Apostolis; non quoad potesta-
tem*

tēm Ecclesiasticam, in Orbem totum, eam enim habuere parem; secund. Matth. ult. & Marci ult. sed quoad extraordinariam. vide Barbos. d. lib. & cap. num. 24. cum seqq.

Judicat omnes; Est enim Ordinarius Ordinariorum & totius Orbis; Cum ejus territorium sit totus mundus: can. cuncta per mundum. can. per principalem. 9. qu. 3. Abb. in c. fin. de foro compet. fac. can. omnes. can. Sacrosancta. can. de Constantinopolitana. dift. 22. vide Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 2.

Judicatur à nomine; Nequidem ab Imperatore licet volens; Abb. in c. Ecclesia S. Marie. num. 7. & Felin. num. 5. de constitut. Sed à solo DEO; can. Anastasius. dift. 19. Quoniam soli DEO suam tenetur ostendere innocentiam. can. aliorum. can. favor subditorum. can. ipsi sunt. d. c. cuncta per mundum. 9. qu. 3. vide Leon. in Thesauro Ecclesiast. part. I. cap. I. num. 9.

An à Concilio Generali judicari possit; disputationis est; Affirmant Doctores nonnulli, vel minus æquo in Apostolicam Sedem animo affecti; vel in Magistri verba jurare coacti; Concilio Constantiensi, sess. 4. & Basileensi, sess. 2. nixi. Sed non recte, secundum sententiam communem. D. Thomas. 2.2. qu. 105. art. 1. Felin. ad c. I. num. 24. de constit. aliiq. citati ab eo. Primo; Per ea quæ diximus statim. Secundo; per text. in c. 4. de elect. ubi concilia omnia per Romani Pontificis auctoritatem & facta esse & robur accepisse dicuntur; nec sine Ejus confirmatione in iis statuta obligandi habere vim. Unde & Concilia prima à Pontifice postularunt confirmationem, nec ante eam fuere recepta, ut traditio tradit perpetua. Ex quo patet Pontificem Romanum ipso Concilio quantumvis Generali, esse majorem. Nec enim à minori vel pari recte mutuamus auctoritatem. Bald. in l. ult. col. 1. Cod. de legib. Nam, ut est dictum commune; Qui confirmat, potior est eo quod confirmatur. Facit quod habet Abbas ad d. cap. 4. num. 4 Potestatem quidem Papæ & Ecclesiae toti esse à DEO datam; Papæ tamen tanquam Capiti, Ecclesiae tanquam corpori; quod ad capitis dispositionem debet moveri; puta in iis quæ sunt Juris Positivi, non quæ fidei: cum non possit Pontifex fidei articulum positivum tollere, aut inducere novum; & sic accipiend. can. sunt quidam. can. contra. 25. qu. 1. Ter-

tio; Idem est aperte in Concilio Lateranensi sub Leone X. *eff. 11. defi-*
nitum; & Concilii Basileensis decretum revocatum. Nec etiam va-
let Concilii Constantiensis auctoritas. Cum non fuerit generale, nec
eatenus approbatum: ut docet Bellarmin. tom. I. controversial. 3. lib. 2.
cap. 13. & seqq.

8 *Excipiunt tamen Doctores aliqui causam heresim; propter c. man-
*datis. 10. ubi Gloss. in verb. potuissim. 2. qu. 5. & praeceps can. si Papa. 6.
*disf. 40. Sed an Papa errare posse & labi in heresim disputatur acriter.** Cujus disputationis ut fiat dilucidatio, sciendum; vel Pontificem con-
*siderari posse tanquam Judicem supremum & Universae Ecclesiae Pastro-
*rem Universalem vel tanquam personam privatam. Atq. Primo con-
*sideratus modo infallibilem habet in definiendis iis, que sunt fidei, auto-
*ritatem, ita ut errare non possit publico in fidei judicio: D. Thomas. 2. 2.
*qu. 1. art. 10. & qu. 11. art. 2. ad 3. Cajetan. in apolog. de potest. Papae part.
*2. cap. 13. cum seqq. & aliis quos citat Barboſa. d. lib. 1. cap. 2. num. 3 8.
*quem vide, & maxime Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 3. Quia cum
*Salvator Noster Luc. 22. dixerit ad Petrum: Ego oravi pro te, ut non
*deficiat fides tua; non locutus fuit ad totam Ecclesiam (ut quidam vo-
*lunt) Ea enim non potest errare, sed ad Petrum; fac. Clem. 1. in fin. ibi
*persona B. Petri. de re judic. & quidem non personaliter (ut & alii vo-
*lunt) sed & ad Successores Ejus. ut declar. Innocent. III. in c. majores. 3.
*in princ. de baptismo. ibi ad Petri sedem referendas. Vide Bellarmino. d.
*lib. 4. cap. 3. vide Barboſa. d. lib. 1. cap. 2. num. 3 8. cum seqq.***************

*Secundo Pontifex consideratus modo (Eo enim, ut docent Penia
*in direct. inquisit. par. 2. ad qu. 17. can. 42. vers. rursus. Paulus Grisat.
*in resp. cath. fidei. verb. Baptismus. num. 44. vers. dico tertio. modo ali-
*quando respondet.) Eum in Fide errare posse Antiquiores putaverunt
*Canonistæ, per text. in d. can. si Papa. disf. 40. & Gloss. in can. à recta. 24.
*qu. 1. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 52. num. 2. Covarruv. lib. 1. resolut.
*variar. cap. 10. num. 12. & Theologi; ut Cajetan. de auctor. Papæ. cap. 9.
*& in Apolog. p. 2. cap. 13. aliig. apud Barboſa. d. lib. & cap. num. 47. Quo-
*rum tamē sententia omnino rejicienda videtur Pighio de Eccles. Hie-
*rarch. lib. 4. cap. 8. Bellarmino d. lib. 4. cap. 6. Non tamē Machado,
*in su perfecto confess. tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 4. docum. 19. Suarez. de
*fide************

fide disputat. 10. seet. 6. num. 11. alisq.: Qui putant magis pium & vi-
deri posse probabilius, Papam quidem ut personam privatam posse er-
rare ex ignorantia, non tamen ex contumacia. *Sanctarel. de haeres. cap.*
31. in init. num. 5. vide etiam Bellarmin. in d. lib. 4. cap. 5.

Quod tamen magis Christianè, ut dicunt, negant alii, maximè quia 9
Pontificum nullus de facto incidit in haeresin. Licet hoc Hæretici im-
ponant nonnullis: *ut ostendit & refellit Barboſa, dict. lib. 2. & cap. 2.*
num. 52. cum seqq.

Pontifex, quæſtiones de Fide, & Ecclesiæ cauſſas maiores, deci- 10
dit Solus. Nam de Apostolicæ Sediſ priviligiis judicat Solus; c. cum
veniſſent. de judic. Ejusque ſententia ſtatur contra omnes: Gloss. in can.
in iſtis diſt. 4. Eaque à nullo retractari poteſt: can. patet. cum ſeqq. 9. qu.
3. can. nemini. 17. qu. 4. niſi Ipſe hoc voluerit; can. Apoſtolicæ. 35. qu. 9.
Quod approbat, aut reprobat, approbadum aut reprobandum a No-
bis: *Gloss. in can. ſi Romanorum. diſt. 19.* In judicando juris tamen fer- 11
vat ordinem; licet, ſed ex cauſa, in quibusdam rebus ad ordinem ſpe-
ciantibus judicariuum poſſit diſpenſare: *c. ea qua. de ſent. & re jud. c. ex*
parte. de offic. deleg. Quippe qui jura omnia dicitur habere in pectoris
ſcrinio, & eſſe ſupra Jus. *c. 1. de conſtit. in 6. ubi Lud. Gomez. in 1. notab.*
Tyraquell. de nobilit. cap. 20. num. 41. & cap. 23. num. 537.

Quod tamen intelligendum, I. Quoad diſpenſationem; ut ſuper
omnes diſpenſandi facultatem habentes, in plurib[us] & cauſis majori-
bus ſcripto derogare poſſit juri, æquitatemque præferre rigori juris.
Gloss. in Extrav. Rem novam. de dolo & contum. incommun. II. Quoad 12
interpretationem; Interpretari enim poteſt jura omnia: *Gloss. verb. fallat.*
in can. præterea. diſt. 23. III. Quoad correctionem; Poſteſt enim Le-
gem priorem tollere per posteriorem, etiam nullā prioris mentione fa-
ctā. *c. 1. ubi Gloss. de conſtit. in 6. Barboſa de Jure Eccles. univ. lib. 1. cap.*
2. num. 118. Quem omnino vide.

Præterea Pontifex approbat Concilia & eorum ſcripta: Syno- 13
dum generalē congregat: Episcopos electosque tranſerit; & co-
rum Sedes mutat: Ipoſos deponit: Depositos reſtituit: ceſſiones ab
Ipoſis accipit: Eos, ne cui alii quam Apoſtolicæ Sedi parere teneantur,
eximit: Episcopatus duos unit: unum partitur: vota commutat: il-

legitimos dignitatum reddit capaces: appellationes ad se, mediis
omissis, interpositas admittit: de iis cognoscit: sententias appellatio-
ni nulli subjectas fert. e. 2. de translat. Episc. & c. quod translationem. 4.
de offic. leg. ubi Gloss. & c. sicut unire. 8. de excess. Pr. lat.

14 Secundum Jus Vetus eligitur ex corpore Cardinalium: can. oportet
bat. 3. cum seq. dist. 79. Jure vero recentiori reperitur decisum, in c. li-
cet de elect. ut contra duabus Cardinalium partibus electum, prater
haeresin, aliamve in jure Divino consistentem exceptionem, nulla op-
poni possit exceptio: Barbos. d. lib. cap. 1. num. 77.

Videatur itaque posteriori hoc capitulo, esse canonii priori deroga-
tum: Idque ob schismata & diutinas Sedis vacaciones tollendas.

15 Verior ergo corum videtur sententia, qui otiam non Cardinalium
electum verum esse affirmant Pontificem. ut Bellarm. ad d. can. licet.
num. 1. Augustin. Triumph. de elect. Papa. qu. 3. art. 6. Mandos. ad reg. 13.
Cancell. qu. 8. num. 23. aliiq. allegati a Barbo. d. lib. & cap. num. 56. Licer
is sit Laicus; Gloss. verb. non Apostolicus. in can. si quis pecunia. dist. 79.
Decius in d. c. licet. num. 9. Barbos. d. lib. & cap. num. 78. uxoratus; Ar-
chidiacon. in d. c. si quis pecunia. Bonacini. tract. de elect. Ponsif. disput. 1.
cap. 1. qu. 2. in princ. num. 4. non tamen uxore in vita. Abb. in c. con-
stitutus. num. ult. de convers. conjugat. & in c. uxoratus. num. 1. cod.

TITULUS IV. De Cardinalibus.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Cardinales unde dicti.</i> | 4. <i>Quis eos citat.</i> & num. |
| 2. <i>Quodnam eorum ma-
nus & officium.</i> & n. 16. | 9. & 13. |
| 3. <i>Eorum Tituli quid, &
qua in eos jurisdictio.</i> & | 5. <i>Eorum numerus.</i> An
definitus. |
| | 6. <i>Eorum Tituli quales &
num. 14.</i> quot. |

7. Eli-

7. *Eligendi ex omni natio-*
ne.
 8. *Religiosus, electus Car-*
dinalis in quantum à
religionis regulis absolu-
tur.
 9. *Quomodo eliguntur.*
 10. *Quæ desiderantur qua-*
litates in eis.
11. *An eligi possunt Legi-*
timati per matrimonii-
um subsequens.
 12. *Quæ requiratur etas.*
 13. *Quæ eorum privilegia.*
 14. *Quæ in eorum Confisco-*
rio tractentur.
 15. *Quomodo regant Sede*
vacante Ecclesiam.

Cardinales sunt dicti quasi Ecclesiæ Romanæ cardines, seu ¹
quia Apostolica Sedi, quæ est aliarum Ecclesiarum axis &
cardo, serviunt; *Gloss. verb. Cardinalibus. in Extravag. exe-*
scrabilis. de probend. vel quia in illis quasi cardinibus vertantur
Christianæ Ecclesie gubernacula. Sicut enim mundus regitur cardine,
ita Ecclesia Cardinalium roboratur concilio. *arg. c. pastoralis. 7. qu. 1.*
Gloss. in c. 2. de offic. Archipresb.

Sunt *Cardinales*, taliquam *Senatores Pontificis*, seu *Senatus Ec-*
clesiæ. can. 7. Ecclesia. 16. qu. 1.

Præcipuum enim *Cardinalium officium*, est Reipublicæ Christianæ
consilere: Papæ assistere: Ei in negotiis arduis rectum consilium præ-
bere: cuncta quæ Eis à Papa pro Ecclesiæ utilitate injunguntur, fideli-
ter adimplere: *c. per venerabilem. vers. sunt autem. qui filii sint legit. c.*
fundamenta. §. decet. de elect. in 6. Soler etiam Pontifex, sed non tene-
tur, in quæstionibus fidei, reliquisque arduis, *Cardinalium exigere*
consilium. *Cuceb. in institut. Jur. Canon. major. lib. 2. tit. 2. de sum. Pon-*
tif. num. 59. Masicard. de probation. conclus. 262. num. 56. Barbosa lib. 1.
de Jure Eccles. cap. 4. num. 88. cum seqq.

Sunt alii *Cardinales Diaconi*, alii *Cardinales Presbyteri*, alii *Cardi-*
nales Episcopi; habiti titulorum, quibus insigniuntur, ratione.

Singuli in suis titulis sibi decretis habent Jurisdictionem pœnæ
Episcopalem; quia & tituli illi Ecclesiæ seu Parochiis comparantur

46 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

Episcoporum. c. his que pro. 11. de major. & obed. c. ex gestis. 2. de Cler. non resident.

Possunt ergo cognoscere de Clericorum Ecclesiae suæ titularis cauissimis criminalibus; *Leo in Thesaur. Eccles. part. 2. cap. 1. num. 7.* Sive sint Presbyteri, sive Diaconi; *Sebast. Caesar. in relect. de Eccles. Hierarch. p. 1. diss. 2. §. 1. num. 2.* interesse matrimonii; interveniendi alii concedero licentiam: *Sanct. de matrim. lib. 3. diss. 28. num. 7.* Pontificis utr in insignibus: benedicere solemittere: *Monet. de conserv. cap. 5. num. 34.* conferre beneficia; *Ludov. Gomez. in reg. triennial. qu. 31. num. 17. vers. & eodem modo;* puta si sint in Urbe. Nam si absint, solus conferit Papa: *reg. 7. Cancell. & ibi Mandat. qu. 1. num. 5. Gomez. d. qu. 31. num. 16.* Visitare personas ratione titulorum subjectas: *Panum. de visit. p. 1. quest. 2. num. 16.* excommunicare, suspendere, interdicere, eas: *Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 2.* aliquisque gaudere Episcoporum privilegii. *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. Diana moral. resolut. p. 5. tract. 2. resolut. 71. Barbosa. d. lib. 1. cap. 4. num. 77.*

4 A Summo eliguntur Pontifice: & quidem solo; *Andr. Barbat. de prestant. Cardinal. qu. ult. Cucch. Inst. Jur. Can. major. lib. 2. tit. 4. num. 21.* Adeò ut nequidem Concilium generale creare possit Eos; nisi cum auctoritate tali fuerit auctoritate Papæ congregatum. *Barbos. d. lib. & cap. num. 12.*

5 Numerus Eorum non est definitus, sed summi Pontificis arbitrio, augetur, vel minuitur ut olim, ita & hodiè: *Franc. in c. ubi periculum. de elect. in 6. Martin. Laudens. in tract. de Cardinal. part. 2. qu. 2.*

Rectius tamen Eum Reipublica Christianæ consulturum putant, si non duorum & septuaginta Cardinalium excedat numerum. Fuit enim is Discipolorum Salvatoris nostri numerus: *see. Archidiacon. in 1. c. ubi periculum. Alber. de sum. Trinit. in rubr. Barbat. tract. de Cardinal. qu. 1. num. 1. Manfr. eod. tract. cap. 3.*

6 Episcoporum Cardinalium tituli olim fuere octo; *teſtib. Omphal. lib. de septem Urbis Eccles. cap. 1. Martin. Laudens. de Cardinal. qu. 88. Panum. de visitat. part. 2. num. 15.* Presbyterorum Cardinalium vi-

gintū

ginti octo: Diaconorum Cardinalium octodecim. *Barbos. d. lib. I. de jur. Eccles. cap. 3. num. 46. cum seq.*

Eligi debent ex omninatione; ut unaquaque natio suum in Curia Romanam habeat Patrem tutelarem. Concil. Trident. in cap. 1. §. ea vero omnia. de reform. sess. 24. Cucch. Inst. Jur. Canon. Major. lib. 2. tit. 4. Gomez. sup. reg. Cancell. qu. 1. de idiomate. Leo Thesaur. fori Eccles. part. I. cap. 2. num. 12.

Regularis eligi etiam potest ex constit. Eugenii IV. *constit. 5. incipit. Postquam verus. §. 9. sed tum non absolvitur ab his quae sunt de regulæ substantia; & ita non acquirit dominium, nec testari potest. Bald. in Aush. licentiam. C. de Episc. & Cleric. Guiliel. Benedict. inc. Rayninius. verb. mortuo itaq. num. 301. de testam. Fr. Emanuel. quest. Regular. iom. 2. qu. 54 art. 7. teneturque habitum religionis suæ portare. Fr. Emanuel. d. art. 7. Franc. in rubr. de testam. lib. 6. num. 76. qu. 15. Eum tamen deponens non incurrit excommunicationem. Bonif. in Clem. I. §. rursus. num. 33. & 34. de statu Monachor.*

Elegendi Cardinales à Pontifice, factò scrutinio, &c, si Ei placet, accidente consensu Cardinalium, de viro probo, moribus bonis insig- nito, jussi natalibus orto, & tatis annorum triginta, qui non sit nepos ex fratre vel sorore summi Pontificis, vel Cardinalis. secund. Concil. Basil. § fin. de num. & qual. Cardin. Quod non servatur.

Dico factò scrutinio; & quidem meritò; Magna quippe, & insignis vita sanctitas requiritur in iis, qui ad tantam evchuntur dignitatē, ut Christi Vicario in expediendis agendisque arduis totius Ecclesiae negotiis sint futuri à consiliis.

Tria in iis requirit Baldus in l. I. ff. de offic. Pref. pr. et Industriam singularem, exploratam fidem, & morum gravitatem maximam. Plura Sanctus Bernardus in epist. ad Eugenium. Concilii Basileensis Patres sess. 23. voluerunt Eos nullius criminis, aut infamia nota esse aspersos. Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 1. dicit, ea omnia & singula, quae de Episcoporum praeficiendorum vita, & tare, doctrina, & qualitatibus ceteris sunt constituta, (quae infra titulo de electione. videbimus) etiam in creatione S.R.E. Cardinalium & Diaconorum esse

exigenda. Fr. Emanuel. quest. Regul. tom. 2. qu. 58. art. 7. Campan. de divers. Jur. Canon. rub. 5. cap. 3. num. 5. in priac.

In perillustribus tamen, ut filiis, fratribus, nepotibus, Regum, Principum, cum circumspectione & maturitate morum, sufficit literatura competens. Barbosa de jure Eccl. lib. I. cap. 3. num. 38.

11. Duxi justus natalibus orto; Nam ad dignitatem Cardinaliam, iuntantum desiderantur nati ex legitimo matrimonio, ut nec legitimati per subsequens matrimonium veniant admittendi: sec. confit. Sixti V. incipit. Postquam verus. sub dato tertio Nones Decemb. 1595. Campan. in divers. Jur. Can. rubr. II. cap. 13. num. 128.

12. Duxi etatis triginta annorum; Licet enim etas ad Cardinalium requisita à Summo Pontifice non sit approbata; tamen quia à Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 1. statutum, ut ea omnia, que de Episcoporum doctrina, etate, & qualitatibus ceteris sunt constituta, in S. R. E. Cardinalium creatione sint observanda; ea erit que ad Episcopatum requiritur, videlicet triginta annorum. Campan. d. tr. rubr. 7. cap. 6. num. 45. Novar. in singul. Can. conc. 17. Squillant. de privileg. Cleric. cap. 4 sub num. 77. Narbona de etate ad omnes actus humanos requisita. an. 30. qu. 4.

Sed restringendum hoc ad Cardinales Episcopos & Presbyteros. Cardinales enim Diaconos, sufficit esse annorum viginti duorum. sec. dist. 50. constitut. Sixti V.

13. Ceterum Papa de plenitude potestatis, etiam facta propositio ne nulla, potest facere Cardinales, qui non habent has, nec alias qualitates requisitas, omnes supplendo defectus. Narbona d. anno 30. qu. 4. num. 4. Alex. consil. 111. Perfectus. num. 3. & seq. lib. 6. Card. Tusch. tom. 6. litera P. conclus. 49. num. 68. Barbosa d. lib. & cap. num. 34. & 42.

Sic hodie Pontificum arbitrio fiunt Cardinales. Petr. Gregor. Tho. Iof. Syntagma. jur. univ. lib. 15. cap. 4. num. 13.

Eft Cardinalium collegium honorabilius membrum, quod habet Ecclesia DEI: Prob. ad Monach. in c. 1. num. 4. de schismat. in 6. Romanæ Ecclesiæ appellatur gremium; c. in nomine Domini. circa med. dist. 23.

14. Quamplurimis gaudent Cardinales privilegiis. Primò: Habent in

in Ecclesiis, quarum sunt Titulares, & in aliis Eorum titulis subjectis, Jurisdictionem Episcopalem: *c. his que. II. de major. & obed. Leo in Thesaur. Fori Eccles. p. 2. cap. I. num. 7.*

Unde in iis, si sint in Urbe, *Gonzalez. reg. 8. Cancell. Gloss. 13. num. 20.* Jus habent conferendi beneficia: *Ludov. Gomez. in reg. Triennali. qu. 31. num. 17. vers. & eodem. Barbos. d. lib. cap. 4. num. 36.* distribuen-
di beneficiatos; *Mandos. 7. reg. Cancell. qu. I. num. 5. Gomez. d. qu. 31. num. 16.* Visitandi personas ratione titulorum subjectas: *Panvin. de visitat. part. I. qu. 2. num. 16.* posse in eos excommunicationis, suspen-
sionis, interdicti, irrogare poenas: ritum benedicendi more Episcopo-
rum solemnam exercere, reliquaque facere, quae Episcopalis sunt Juris-
dictionis. *Roman. conf. 498. num. 11. cum seqq. Sbroz de vicar. off. lib. I. qu. 3. num. 23.*

*Secundò, Cardinales, etiam non Episcopi, omnes Ordines mino-
res conferunt, in suis titulis, subditis, ac familiaribus suis. Paris. de re-
signat. benefic. lib. 4. qu. 2. num. 88. Barbos. de offic. & potest. Episcop. part.
2. alleg. 3. num. I 5.*

Tertiò; Qui Cardinalem offendit, offendenti consilium vel auxili-
um præstat, in crimen incidit Majestatis læsa: *c. Felicis. de paenit. lib. 6. Intrig. singul. 130. num. 1. Clar. recept. sent. in §. final. qu. 77.* sacrilegi-
um; *Gigas de crim. laesa Majest. lib. 1. Rubric. qual. & à quibus crimen laesa
Majest. com. qu. 5. num. I. & II.* Fit infamis perpetuò; habetur pro
banniro, omnem amittit Testamenti factionem; devastatur domus,
confiscantur bona, privatur locationibus, & feudis, beneficiis spiritu-
alibus & temporalibus; ut & ejus filii & nepotes omnibus beneficiis
Ecclesiasticis que habent; obtinendorum in posterum sicut incapacaces.
Decian. intract. crim. lib. 7. cap. 41. Menoch. de arbitr. cas. I 51.

Quartò. Damnatur *Cardinalis* à solo Pontifice, *Gloss. in c. 2. de Cleric. non resid.* & de Jure non sine 72. testium numero, si sit Episco-
pus, si non, sine 64. si Presbyter, 27. si Diaconus. *Hofst. & Andr. in c. li-
cet universi. de testib. per text. in can. Presul. 2. qu. 4. Menoch. de presumt.
lib. 2. pres. 80. sub num. 23. Borrel. in sum. omn. decis. tom. I. tit. 5. n. 74.*

Quintò; Non appellatur à sententia ex Cardinalium voto seu
consensu lata. *Alban. de Cardinal. qu. 42. vers. 3. bi. Antifites. Manfred.
decis. 30.*

Sexto, Cardinals se Legatum esse afferenti creditur circa potestati
tem ordinariam, etiam si non exhibeat literas Legationis sua testes. *c.*
nobilissimus. disp. 37. Alban. d. qu. 42.

Septimo; Habent Cardinales redditum Cameræ Apostolice par-
tem: *c. ubi periculum. §. provisiones. de elect. in 6. si indigeant, subvenire*
Ipsis tenetur Papa; ut caput membris. Manfred. decif. 224. Alban. d.
qu. 42. in privileg. Lancelot. in templo omn. judic. lib. 2. cap. 3. §. 2. n. 21.

Octavo; Cardinales, nullæ Eorum factæ speciali mentione, non
tenentur suspensionis vel interdicti sententia in diplomate Pontificio,
vel motu proprio, mandato, aut constitutione generaliter promulga-
tâ. *Alban. d. qu. 42. privil. 31.*

Nono; Cardinalatus liberat à potestate patria. *Manfred. de Car-*
dinal. c. 8. privil. 8. Molin. de Just. tract. 2. disput. 229. num. 8.

Decimo; Conferunt Cardinales in Ecclesiis sibi à Sede Apostoli-
ca communissimis beneficiis, & in iisdem exercent jurisdictionem, ante pos-
sessionem captam, & literarum ostensionem; non obstante Extravag-
Injunctiones. *de elect. commun. Barbos. d. lib. & cap. num. 71.*

Undecimo; Cardinalis assertioni nudæ statur; si quidem Papa sit
præsens: *Gabriel. com. opin. syntagma. tit. de probat. concl. 3. num. 20.*
cum seqq. afferat rem directe non prejudicialem tertio; Zech. de Republ.
tit. 3. de Cardinal. num. 9. Gabriel. d. loco. afferat verisimilia. Nota in
Laureana Jurisdictionis. 5. Marii 1618. Barb. d. lib. & cap. num. 74.
Duodecimo; Orto schismate, contentioneque data, possunt Cardi-
nales congregare Concilium. *Manfred. de Cardin. cap. 31. Seb. Cesar. de*
select. in Eccles. Hierarch. disp. 2. §. 5. num. ult.

Decimo tertio; Gaudent privilegiis Episcopis concessis. *Barbos.*
d. lib. & cap. num. 77.

Decimo quartio; Eorum inter se lites à Pontifice deciduntur ap-
pellatione omni remotâ. *Barbos. d. loc. num. 79.*

Decimo quinto. Eorum domus, in quibus extat oratorium gau-
dent immunitatis Ecclesiasticae privilegio: *Clar. §. fin. qu. 30. vers. item*
add. Tysch. pract. conclus. verb. Ecclesia. conclus. 9. num. 12. Mar. Ital. de
immun. Eccles. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 22.

Decimo sexto. Eorum declarationes consulto Papa factæ, non
tan-

tantum habentur ut probables & doctrinales; ut volunt Bonacini. de leg. disp. 1. qu. 1. punct. 8. num. 4. Joan. Valer. de differ. inter utrumq. fo-
rum diff. 1. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 10. aliiq. relati a Barbo-
sa d. lib. & cap. num. 82. sed etiam ut auctoritative & necessariae; ita ut
in foro utroque non solum pro personis illis, ad quorum sunt instantia-
m, seu in casu speciali, cui Congregatio respondet, vim habeant obli-
gandi; sed ut leges generales in similibus omnibus. Est enim *Congre-*
gatio Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, a diversis Pontifici-
bus, & nominatim Gregorio XIII. & Sixto V. constituta, ut speciali-
ter præsent executioni & interpretationi dicti Concilii, & dubia difficul-
tatesque circa Illius statuta occurrentes, nomine Sedis Apostolicae, sed
consultæ, resolvant & interpretentur. Fr. Emanuel. qu. Regul. tom. 1.
qu. 11. art. 1. & 2. Gambar. de casib. reserv. cap. 3. num. 6. Zipeus in ana-
lytic. jur. Ponif. postremi Enarr. in epist. ad Lect. Garc. de benef. in pref.
tom. 1. vide Barboſ. d. loc. num. 81.

Habent & *Cardinales* adhuc privilegia alia, sed minoris ponderis.

Omnis, olim bis in hebdomade in *Consistorium* conveniebant
apud Pontificem; hodie tantum semel.

In *Consistorio* proponuntur & deciduntur controversiae Electo-¹⁵
rum ad Ecclesiæ Episcopales, ubi Ecclesiæ vacant, ad quem electio
pertinet, discutitur; per illud beneficia consistorialia, id est, quæ Sedi
Apostolicae reservata, præpositi eliguntur; in Illo tractantur omnia,
quæ ad divinum cultum, ac fidem Christianam, religionem, & Orbis
Christiani pacem, & conservationem temporalem Romanæ Ecclesiæ
pertinent. Petrus Gregor. Tholos. in *Syntagma. jur. univ. lib. 15. cap. 4.*
num. 15.

Est enim (ut & supra dictum) præcipuum *Cardinalium officium*¹⁶
Reipublicæ consulere Christianæ, & Romano assistere Pontifici, elique
sed petenti, Cuch. de Inst. major. lib. 2. tit. 2. de sum. Ponif. num. 59.
Mascard. de probat. concl. 282. num. 56. Ceval. can. contra commun. qu.
645. num. 3. Barb. d. loc. num. 89. in negotiis arduis rectum præbere
consilium, & cuncta quæ Eis, ab Eodem Pontifice pro Ecclesiæ injun-
guntur utilitate, adimplere fideliter. c. per venerabilem. vers. sunt autem
qui filii sibi legitimi. c. fundamenta. §. decet. de elect. in 6.

Regunt Sede vacante Ecclesiam. Petr. Greg. Tholos. d. loco.

¹⁷ Non tamen possunt quicquam potestatis vel Jurisdictionis ad Romanum Pontificem dum vivit, pertinens, exercere: nisi incidente forte urgente necessitate, aut imminentे periculo grandi. Clem. ne Romani de elect. & constit. Pii IV. inc. In eligend. sub dato Roma. Idib. Octob. 1562. Campan. in divers. Fur. Can. rub. 7. cap. 6. num. 76.

Hinc per Forum Collegium, Constitutiones Pontificum nec corrigi, nec mutari, nec modificari possunt, nec iis quicquam addi aut detrahi, presertim circa illa, quae de futuri agunt Pontificis electione: Clem. ne Romani in princ. Manfred. de Cardinal. decis. 261. nec creari Cardinales. Manfred. decis. 259. num. 386. Campan. d. cap. 6. num. 78. nec insignia Cardinalitia dari. Lavor. var. lucubrat. tom. I. tit. 3. cap. 2. num. 15.

TITULUS V.

De electione Papæ.

SUMMARIA.

1. Continuatio. um quæ structura, clausura.
2. Primus Ecclesia temporibus penes quos fuerit Pontificis Electio.
3. Quæ in ea Imperatorum potestas vel auctoritas.
4. Electio quando ad Cardinals devoluta.
5. Quæ ante Electionem observanda.
6. Conclavis Cardinali-
7. In electionis actu quæ observanda.
8. Morientibus Cardinalibus omnibus eligere an posse Concilium Generale.
9. An, quod Electio fiat Roma, de substantia.
10. Quo-

10. Quotuplex eligendi Spiritus Sancti, & quotuplex modus.
 11. Per scrutinium quis. 18. An revocari potest Electio cum impedimento Canonicum facta.
 12. Quæ requisita.
 13. Quæ solemnitates.
 14. Per Accessum quis eligendi modus. 19. Electus an debeat consentire.
 15. Per Compromissum quis. 20. Electio Pontificis non desiderat Confirmationem.
 16. An cumulari potest cum ea quæ fit per Scrutinium. 21. Quomodo inaugurations.
 17. An non est electionis modus per inspirationem. 22. A quo die incipiat Pontificatus.

Quiammodò per *Electionem*, modò per *Postulationem*, Episcopi ac cæteri Prælati promoventur; c. 3. in fin. c. 4. §. ceterum de postuland. Prælat. c. 20. innotuit. c. 40. scriptum. de elect. Ideò de duobus hisce dicendum promovendi modis; & quidem primò de *Electione*. Dixi Episcopi ac cæteri omnes Prælati; quia Eorum omnium *Electio*, uno & eodem procedit modo: Romani *Pontificis* excepta;

Quippe *Eius Electio* non semper fuit apud Eosdem. Primum post B. Petrum fuit apud Ecclesiæ Romanæ Senatum, constantem ex Presbyteris & Romanis Ubiis Diaconibus, ab Ipso Petro in absentium Dd. Apostolorum per Orbem divisorum; anteaque Consiliariorum & Coadjutorum locum institutis. Qui postea *Cardinales* nominati: (ut supra dictum) Deinde cum B. Sylvestri tempore, coepisset temporalibus bonis & potestate terrena perfiri Ecclesia, & exinde inter hujusmodi Ecclesiæ Senatores, orientur sicut dala scissuræque, *Electio*.

ni adjunctus fuit reliquius Romanus Clerus Populusque. *fac. can. factus.*
7. qu. 1. Sed nisi ad Clericorum removendas dissensiones, & ut omnibus dicendi esset in Electione facultas, licetque eligendi virtutis & virtutes proferre testimoniumque prohibere Electioni. *cap. 1. dist. 24. c.*
reliqui. dist. 63. nec non, ne Populo invito, obtruderetur Praelatus in-
3 oportatus. *can. nullus invit. dist. 61. cap. si forte. dist. 63.* Postea orientibus in hujusmodi Electione nihilominus contentioibus & tumultibus; Electioni auctoritatem interposuit suam Imperator Romanus, voluitque ejus ab Ipsius confirmatione pendere robur. *Duaren. de Sa-*
ceris Rom. Eccles. minister. lib. 3. cap. 11. Quod & confirmaverunt Pontifices Ipsi posteriores; ut Adrianus I. in c. *Hadrianus d. 2. dist. 63.*
Guilielm. Benedict. in c. Raynulph. vers. & uxorem. num. 367. de testam.
4 Leo II X. *can. in synodo. dist. 63.* & cum ne sic quidem seditionibus nonnunquam ex Principum violentia oborintibus occurreretur satis; Nicolaus Papa II. collecto Concilio Lateranensi; statuit electionem agendam esse a Cardinalibus principiis; corumque honore salvo, cæterum Clerum Populumque ad confirmationem esse congregandum.
can. in nomine. 1. dist. 23. Quo tamen Concilio non considerato Imp. Henricus III. Imperatorum Jus in multorum Pontificum Electione, sartum rectum servavit. Tandem primò Alexander III. illum statuit canonico Electum censeri, in quem consensissent duæ ex tribus Cardinalium, puta *Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum* partibus; *ut refer-*
tur in c. sicut. 6. de elect. Boet. Ep. de Regalib. in benef. Eccles. lib. num.
195. Postea illud ad totum rededit Cardinalium Collegium. *cap. ubi*
periculum. cod. in 6. Clem. ne Romani. cod. Ne autem vacationis diutinae incommodis premeretur Ecclesia Romana, neve Patres studii corrumpi possent ambientium, Gregorius X. in *Concilio Lugdunensi. celebr. anno 1274. de quo in c. periculum. de elect. in 6.* & post Eum Clemens V. in *Concilio Viennensi anno 1310. vid. c. nè Romani. cod.* Clemens VII. in *confit. inc. Cum Charissimus. sub dat. 26. Octobris 1529.* Paulus IV. in *confit. cum secundum. anno 1554.* Pius IV. *Bulla inc. qua eligendis*
1562. Gregorius XV. *confit. Aeterni. anno 1621.* Urbanus, *confit.*
ad Romanum. 1625. nonnulla statuerunt observatu necessaria *ante Elec-*
tionem, nonnulla *in Electione ipsa*, nonnulla *post Electionem.*

Ante

Ante Electionem Pontificis: 1. Quod Cardinales absentes sunt monendi, perque decem dies, d.c. ubi periculum. à die mortis Pontificis computandos, Archid. in d. c. periculum. num. 5. exspectandi: non tamen citandi: ut in d. Bulla Pii IV. in §. lapsis. 2. Quod, dum ex quia celebrantur Pontificis defuncti, fabricandum sit Conclave, undique, (servatā ad recipiendum viatum fenestrā) ita clausum, ut nemo ingredi, nemo inclusus videre, alloqui, nec quicquam latenter intromitti possit; pariete intermedio nullo, ubi Cardinales manere possunt omnes: d.c. ubi periculum. §. hoc sacro. Clusum Conclavō qui, vel aliunde quam per ostium, ingreditur, ipso facto privatur omni honore, officio, beneficio, & seculari curia poenis gravissimis traditur puniendus; Electioque aliter quam Conclavi clauso celebrata est irrita: *Constit. Pii IV. incip. in eligendis. §. clauso. const. Gregorii XIV. in c. cogit nos. Bonacina tract. de legit. Pontif. elect. diff. 1. qu. 3. à princ.* Qui ad Eos qui in Conclavi sunt, aut literas, aut nuntium, aut notam mittit, aut ex iis qui in Conclavi sunt, ad eos qui foris sunt mittit, quācunque dignitate fulgeat, excommunicationis latē sententiae incurrit poenam, absolvendi facultate, præterquam in mortis articulo soli Pontifici reservatā. d.c. periculum. §. hoc sacro. vers. nulli etiam juct. d. constit. Pii IV. §. literas. Bonac. d. tract. diff. 2. qu. 4. à princ.

In Electione ipsa Pontificis observanda; Quod sit celebranda tam à Cardinalibus; can. in nomine Domini. I. diff. 23. & quidem omnibus; etiam nuperè creatis & publicatis, licet Cardinalatus nondum acceperint insignia; *Pius IV. inc. Pius Papa V. anno 1571. Bonacina d. tract. qu. 1. punct. 1. prop. un. num. 4. Gregor. IV. in ceremon. §. porro. 7. & quidem presentibus, c. si quis justo. in princ. & §. fin. de elect. in 6. nulla excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti exceptione obstante; etiam juxta Gregorii XIV. constit. in vers. Volumus. Bonacina d. tract. qu. 1. punct. 1. prop. un. num. 1. & 5. ut eo magis videntur dissensiones & schismata, quo minor diligentibus erit dissidiendi facultas. Clem. ne Romani. §. ceterum. de elect. *Pius IV. in d. constit. I. §. & ne dissensiones. Sylvestr. in sum. verb. excommunicatio. 9. num. 6.* Si nonnulli ante Electionem factam decadent, à superstitionibus; licet tantum duobus; *Anan. in fin. de appellat. Sylvester d. verb. Excommunicatio. 9.**

tio. 9. num. 2. Imò & uno: *Salas de legib. tract. 14. disp. 8. sect. 8. num. 8*. 4. Bonac. d. tract. disp. I. qu. I. punct. 3. num. 38. Si omnes Cardinales mortui, à Concilio Generali: Est enim Pontifex universalis Pastor. *Hofstiens. in d.c. licet. Aug. Anconain sum. qu. 3. art. 3. Diff. alii.*

9. Facienda Electioni novi Papæ Romæ; nisi alibi decesserit; cap. ubi periculum. 8. porr. de elect. in 6. & quidem in Conclavi in Apostolico Palatio construēti: quod tamen de electionis non est substantia. inc. I. dist. 23. Archidiacon. num. 17. Bellarm. num. 11. Gemin. num. 16. Turrecrem. num. 18. Card. Alex. col. 6. prop. fin. sup. Gloss. verb. in Urbe.

10. Nulla à Jure Communi certa in Electione Pontificis servanda forma tradita; d. c. licet. & ibi Innoc. & Compost. Hofstiens. de elect. Ipsi Eligentes introduxerunt triplicem; Per Scrutinium, Accessum, Compromissum. Bonac. d. tract. disp. I. qu. 3. in princ. num. 3.

11. Scrutinium, est votorum Eligentium inquisitio, seu suffragiorum collectio. Boët. Epon. lib. 1. de Regal. num. 210. pag. 138.

12. Ad illud concurrendo, secunda. c. quia propter. de elect. debent: 1. Ut tres, nec plures, nec pauciores, sint Scrutatores: 2. Debent esse de Collegio præcisè: 3. Exquirere vota sigillatim & secretò: 4. Publicare vota: 5. Eligentes omnes congregari in unum; nec enim dari potest votum in Camera: c. in Genes. de elect. 6. Præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, de Collegio assumit tres, digni fide, singulorum vota exquirentes sigillatim; exquisita redigentes in scriptis; redacta publicantes in communī. Quibus observari collationeque habita censetur Electus is, in quem consenserunt vel omnes, vel ex tribus partibus duæ. d. c. quia propter. Barbosa de Jure Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 86.

13. Faciendo autem Scrutinio tres, de quolibet eligendi Ordine Cardinales; qui triduo primo, cuiusque Ordinis Antiquiores: Secundo singulorum Ordinum sequentes; Et donec electio fiat, sic deinceps; vota exquirant Cardinalium. Deinde tres eligantur eodem ordine aliij, qui scrutentur predictorum Trium vota: quibus factis Cardinales, qui in Conclavi sunt, omnes, de mane vestibus induiti longis, seu vestibus à sursum deorsum apertis, conveniunt in capella, ubi Eucharistia servatur SS. ibique celebrata de Spiritu Sancto Missa, bini antiquiores accedunt,

dunt, ordine servato, ad Altare, albi coloris stolas, sisint Sacerdotes, deferentes, pendentes ad pectus: sin Diaconi, pendentes ab humero dextro ad pectus: & sumentes de manu Diaconi SS. Eucharistie Sacramentum, interpositis sanctis Evangeliiis iuramentoque de servandis iuxta formam Concilii Basileensis *eff. 23. bullis*, & lectis Bullis Pii IV. in eligendis. & duabus *Julii II.* disponunt se juxta ordinem & antiquitatem per subsellia; singulique schedulam, antea scriptam, tali modo *Ego N. Cardinalis, ego ego N. in Pontificem*; eamque annulo ob signatam, & complicatam, deosculatam, accedentes ad Altare, genuflexi, mittunt in calicem, in quo ea die peracta sunt sacra, in Altaris medio ibi vacuo, presentibus primo Cardinali Episcopo, & primo Cardinali Diacono positum. *Episcoporum Cardinalium* qui prior schedulam posuit in calicem, ad dextrum altaris eorum accedit, ibique cum priore *Cardinalium Diaconorum* elevat patinam; dum *Cardinales* alii votorum schedulas imponunt calici per ordinem. Schedulis sic in calicem positis, quisque Patrum sedentium scabellum cum papyro & pugillaribus habet ante se, in illo Patrum presentium omnium, nomina per distantiam sunt descripta. Eum calicem postea altius sublatum tres praediti (*Scrutatores* appellantur) in sublimi, ut audiri possint & spectari, ostendunt, & schedulas numerant; calicemque ponunt supra Mensam; & *Episcoporum* prior schedulam, ad manum forte venientem, duobus digitis extrahit palam; illamque *Presbyterorum* priori ostensam, Diaconorum priori porrigit legendam; isque eam sic legit, ut ubi est annotatum, *Cardinales* omnes, ipisque etiam tres *Scrutatores* super singulis Nominatorum nominibus notam faciunt in papyro & facta postea collatione, erit Papa, qui duarum partium & *Cardinalibus* integratulerit Suffragia. *Barbos a d. lib. & cap. num. 88.*

Quod Accessum attinet, is, etiam facto scrutinio, & quantumcumque publicato, contra aliarum Electionum jus, quod habetur in c. publicato de elect. not. in d. licet. ab Abbat. num. 8. Anchar. num. 5. vers. septimo nota. Hostiens. num. 25. Butr. num. 33. Joan. Andr. num. 4. Lancellot. in Inst. Jur. Canonici. tit. de elect. §. per scrutinium. verbo publicato. & ibi Gloss. fieri potest.

Possunt eam *Cardinales*, accedere alteri non per se, sed Electori

H

per

per alios; & sic duarum partium perficere numerum. *Archid. in c. indemnitatibus. num. 8. de elect. in 6. Gambar. de auctor. Legati. de Latere. rit. de facult. Legati legatione finita. qu. 24. num. 142.* In quo tamen accessu observari quædam voluit Gregor. XV. in d. sua consit.

Compromissum fit, cum Cardinales propter discordiam negotium Electionis compromittunt in aliquem, ut Ille vice omnium, quem vocuerit, eligat. Bonacina d. tract. disp. 1. qu. 3. puncto 2. num. 1. Oldrad. cons. 184. in princ.

16 Potest & *Compromitti cum Scrutinio*; puta; Ut Compromissarius singulorum vota exquirat, eumque eligat in quem major & senior pars consenserit. *c. cum dilectus. de elect. c. cum expediatur 23. eod. in 6. & cap. si cui. 27. eod.*

Quo casu non tenetur *Compromissarius* ad aliquid, quam ad id quod *Compromiso* expressum: hoc est, non merita examinat, sed vota numerat. *Monach. in c. cum expediatur 29. n. 9. ad fin. vers. item quero. & n. 10. de elect. in 6. Joan. Andr. in princ. Gemin. n. 3. vers. quero an ista forma. Compostell. in c. in genesi. 59. col. 3. vers. in forma vero. ubi Abb. n. 2. in 4. not. de elect. tempusque si additum, servare debet. Barb. d. lib. & cap. n. 98.*

17 Prater dictos est & aliis *Electionis* modus; puta per *viam Spiritus Sancti*, de qua in c. quia propter. de elect. Fitque per unanimem, concordemque omnium *conclamationem*, citra collectionem suffragiorum prorsus ullam. *Boet. Epo. d. lib. I. num. 210.*

Est duplex; Unus per inspirationem; & est, quando, nullo inter eligentes ordine servato, Ipsi quasi inebriati; & quasi facto super se eligunt. Alter, per quasi inspirationem, quando subito, & repente unus post alium, eundem sine intervallo aliquo, nullo dissentiente, Joan. Andr. ad d. c. quia propter. num. 34. Bellamer. ibid. in §. nisi forte. num. I. & 3. Compostell. num. 1. Vital. in Clem. X. Roman. eod. eligunt. Hostiens. in d. c. quia propter. num. 50. & Abb. ibid. num. 3, Bonacini. d. disp. I. qu. 9. puncto 3.

18 Canonice si non processit *Electio*, eam revocare Ecclesia potest. *vide Alban. de Ponif. part. I. num. 9. Bellarmin. lib. I. de Concil. cap. 19. ad 3. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 7. qu. 3. aliosq. alleg. à Barbos. d. lib. I. cap. 2. num. III.*

Facta

Facta à Electione canonice, Electus debet consentire: Bonacina tractat. 19
de elect. Pontif. qu. 2. in princ. num. 9. donec de consensu ejus constat,
Cardinales ejus & suo nomine omnia rectam ad gubernationem necessaria expeditunt. Bonacin. ubi supranum. 10. & 11.

Nullam hæc Pontificis Electio requirit Confirmationem, Campan. 20
de divers. Jur. Canon. rubr. 9. lib. num. 57. Imò cum statim ab Electione
verus sit Pontifex, & habeat administrandi Jus; Gloss. verb. & dispensa-
ndi. in can. 1. dist. 23. & ubi Archidiac. num. 13. Bellam. sub num. 7. &
11. & 12. & Superiorē non habeat d. cap. licet. in fine. Flam. Paris. de
resignat. Benefic. lib. 7. qu. 5. num. 1. & 2. confirmare nequit.

Post consensum præstitum, si non sit Episcopus, consecratur inter 21
Missarum solemnia ante hymnum Angelicum, & postea Ipse Missarum
incipit solemnia, & perficit consecratus; potestque contra quam
Episcopum, c. quod sicut. §. Super eo. de elect. statim conferre ordines:
Barbo. d. lib. & cap. num. 117. Si sit Episcopus, coronatur statim; &
quidem olim præcisè per Cardinalem Episcopum Hostiensem; d. c. 1.
dist. 23. assistentibus Cardinalibus Portuensi & Albanensi; hodie per
Cardinalium Decanum, id est, inter Episcopos primum cum duobus
aliis Senioribus. Barbo d. loc. num. 116. cum seq.

Recipit Papa Pontificatum, & administrationē à die Electionis. 22
Extrav. quia non licet. ult. de sent. excommun. inc. commun. licet de stylo,
qui est servandus, non incipiat Pontificatum nisi à die Consecrationis.
Butr. consil. 43. in princ. Cardin. Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 67. num. 1.

TITULUS VI.

De Electione Prælatorum.

SUMMARIA.

- | | |
|----------------------------|---------------------------|
| 1. Prælati quibus modis ad | 2. Electio Prælati quid. |
| Ecclesia regimen assu- | 3. Quotupliciter sumatur. |
| mantur. | 4. Quæ Utraq. |

H 2

5. An

5. *An Beneficia Electiva omnia formam electio-
nis exigunt.*
6. *Ad quem pertineat Elec-
tionis jus.*
7. *Collegium quomodo con-
servetur.*
8. *Qui possint eligere.*
9. *Qui prohibeantur Lege.*
10. *Qui ex naturali causa-
sa.*
11. *Quibus jus eligendi
dari potest moribus.*
12. *An dare potest p̄a-
scriptio.*
13. *Qualem eligere debent
Electores.*
14. *Quid si elegerint minus
dignum an tenentur ad
restitutionem.*
15. *An ipse Electus.*
16. *Quando.*
17. *Quomodo puniantur
Eligentes indignum sci-
enter.*
18. *Quid si sciant tantum
ex confessione.*
19. *Electio indigni quan-
do nulla.*
20. *An pœna, eligentibus
indignum proposita, ob-
tinent electione non se-
cuta.*
21. *An quis sit indignus,
probandum.*
22. *Et quidem ex Sanctio-
nibus Canonicis.*
23. *Crimina qua diffini-
unt ista, qualia debeant
esse.*
24. *Quæ.*
25. *Irregularitas quomo-
do incurritur.*
26. *Qui prohibeantur eli-
gi Lege.*
27. *Quæ exigantur in Pra-
latis.*
28. *Qui prohibeantur, ad
Pralaturas adspirare*
Natura.
29. *An atatis non potest
peti dispensatio.*
30. *Qui prohibentur eligi
propter mores.*

31. *Quæ*

- | | |
|-------------------------------------|--------------------------------------|
| 31. <u>Oui moribus.</u> | 45. <u>Quomodo celebretur</u> |
| 32. <u>Quid præcedere debeat</u> | <u>Electio.</u> (um. |
| <u>Electionem.</u> | 46. <u>Quomodo per Scrutini-</u> |
| 33. <u>Mors & sepultura</u> | <u>47. Ad Scrutatorum or-</u> |
| <u>Prælati exspectanda. De</u> | <u>dinationem qua requi-</u> |
| <u>honestate.</u> | <u>rantur.</u> |
| 34. <u>Facienda electio intra</u> | 48. <u>An ad Scrutan-</u> |
| <u>menses aut tres, aut sex.</u> | <u>dum assumi possunt Ex-</u> |
| 35. <u>Quando currere inci-</u> | <u>tranei.</u> |
| <u>piant.</u> | 49. <u>Quod Scrutatorum of-</u> |
| 36. <u>Quomodo computen-</u> | <u>ficiunt.</u> |
| <u>tur.</u> | 50. <u>Quid si plures facta</u> |
| 37. <u>Quomodo mensum dies.</u> | <u>electiones.</u> |
| 38. <u>Qua preparatoria Elec-</u> | 51. <u>Quid si vota & merita</u> |
| <u>ctionis post sepulturam</u> | <u>sint paria.</u> |
| <u>Prælati, a Canonicis</u> | 52. <u>Electio facta quomodo</u> |
| <u>presentibus facienda.</u> | <u>debeat pronuntiari.</u> |
| 39. <u>Citandi Eligendi jas</u> | 53. <u>Quid sequatur Electi-</u> |
| <u>habentes.</u> | <u>onem factam per Scruti-</u> |
| 40. 41. <u>Quomodo.</u> | <u>nium.</u> |
| 42. <u>Quid sicutatus interesse</u> | 54. <u>Per Compromissum</u> |
| <u>Electioni nequeat.</u> | <u>quomodo fit Electio.</u> |
| 43. <u>Quid si constitutat Pro-</u> | 55. <u>Compromissarii an</u> |
| <u>curatores plures.</u> | <u>unum ex numero suo eli-</u> |
| 44. <u>Quid si Procurator ex</u> | <u>gere possint & quando.</u> |
| <u>ipso Collegio sit constitu-</u> | 56. <u>Compromissum an re-</u> |
| <u>tus.</u> | <u>vocari posuit.</u> |

57. *Quid si Compromisarius intrat tempus eligere negligat.* aliquando accedit Scrutinum: *Quae melior.*
 58. *Quid sielegerit, sed in dignum.* 60. *Per Inspirationem* quomodo fit Electio.
 59. *Formula Compromissi* 61. *Quomodo per Doctores dividitur ea.*

P Relati ad Ecclesiarum regimen, vel ad dignitates & beneficia plurimis afflumuntur modis; Nempe per *Electiōnem*, de qua hoc; per *Postulationem*, de qua seq. per *translationem*, de qua inf. tit. de *translat.* per *Nominationem*, aut *Simplicem peritopem* & per *Collationem*; de qua tract. de *benefic.* lib. 5. tit. de *collation.* per *Presentationem*, de qua d. tract. lib. 5. tit. de *present.* per *Administrationem*, de qua infra tit. de *officio Vicarii*: aliosque de quib. zid. d. tract. lib. 5. & 6.
 2. *Electio* est alicujus personæ idoneæ ad prælationem, vel fraternam societatem, servatâ formâ, canonice facta *vocatio*. *Hosien. in §. Gloss. in rubr. de postulat. Pralat. in 6. & in c. I. eod. tit. verb. vera postulatio. Tholof. synt. jur. univ. lib. 5. cap. 12. num. 18.*
 3. Sumitur vel *propriè*, vel *impropriè*. *Propriè* pro ea quæ consensu plurium per vota vel suffragia fit secundum canones: ut sumitur hic. *Impropriè* pro ea quæ fit à Superiore solo, & vocatur *Collatio. c. Adrianus. cum seq. dist. 63.*
Illa in simplicibus beneficiis locum non habet, sed in Dignitatibus & Prælaturis Ecclesiasticis, maximè quæ Jurisdictionem habent aliquam in Ecclesiasticas personas adjunctam; propereaque electio ne factâ confirmatione Superioris indigent: *Gloss. in Clem. quia contingit. §. ut autem de relig. domib. Tholof. de elec. cap. 4. num. 2. Quia ideo beneficia Electiva, (quæ hodie, propter reservationes Sedi Apostolice factas, sunt pauca. *Barboſa Juris Ecclesiast. univ. lib. 1. cap. 19. num. 43.*) nec ad alicujus dispositionem pertinere dicuntur: *Vallenf. in parat. Decret. de Elec. §. 1. num. 4. ut Collativa beneficia. Clem. 1. de prebend. Gloss. in §. 1. ad verb. dispositiōnem. de reservat. in pragm. sanct. Rebuff.**

ad

ad §. præfatiq. ordinarii. ad verb. dispositionem. de Collat. in Concord. fac.
text. cum Gloss. in c. cum in illis. 16. §. illis. de præbend. in 6.

Talia beneficia Electiva sunt Pontificatus, (de quo supra) Patri- 4
archatus, Archi-Episcopatus, Episcopatus omnesque Collegiarum Ec-
clesiarum Prepositurae; Nisi aliter ex fundatione, consuetudine, præscri-
ptione legitima, aut privilegio, obtineat. Vallenf. d. loc. num. 4.

Omnia tamen beneficia Electiva formam Electionis non ex- 5
gunt; & quia propter. de elect. & quam sit. eod. in 6. sed tantum quando
Electio fit ad Cathedrales & Regulares Ecclesias, non si ad inferiores
dignitates; quarum Ecclesia non dicuntur viduaræ Pastore: Rot. de-
cif. 288. in novis. incipit. Major pars Dominorum. Attamen in decif.
242. in novis. dicitur d. constit. quia propter. tam in Ecclesiis Episcopali-
bus & Abbatialibus, quam in aliis, in quibus est Populi cura, habere lo-
cum, si ibi electus præsit per modum capitis, & Prælat. Tholofan. d. loc.
num. 2. in fin.

Pertinet Electio ad Collegium, cui Pastor queritur: can. congrega- 6
to. 16. qu. 1. c. Abbatem. cum seq. de elect. Sylvestr. verb. Electio. 1. qu. 1.
Garc. de benef. parte 5. cap. 4. num. 9. Nisi obstat consuetudo aut pri-
legium, atque contraria Superioris voluntas: quamvis in ipso Collegio,
non extant nisi duo vel tres legitimi vocales; quia ad eos spectabit elec-
tio; non tamen si fuerint minus quam duo. c. 1. eod. Mascard. de pro-
bat. concl. § 84. num. 3. Frater Emanuel. quest. regul. tom. 2. qu. 53. art.
11. in princ. Raynu. de voce Canonic. qu. 1. num. 3.

Sed Collegio saltem in duobus constituto, totum Jus, aliis mor- 7
tuis, privatis, suspensis, vel excommunicatis, ad unum reduci, & in eo
confervari potest. Gloss. in verbo pauciores. c. gratum. de postul. Prælat.
& verb. duo. inc. 1. de elect. Lezana. in sum. Quest. regul. tom. 1. cap. 1 §.
num. 6. & tom. 3. verb. Electio. num. 4. Seraphin. decif. 860. num. 7. &
decif. 1050. num. 5. Barbos. d. loc. num. 46.

Eligere possunt omnes ii, qui vel pacto, vel privilegio, vel con- 8
suetudine hoc jus obtinuerunt. c. 3. de causs. possess. & prop. c. ult. 16.
qu. ult. Hofstiens. in §. quis possit. hic. Nisi jure prohibeantur.

Prohibentur quidam, Lege, natura, moribus. secund. l. cum Prætor.
12. §. non autem. ff. de judic.

Lege

⁹ Lege prohibentur. Primo Prälatus vivus successorem; puta cum effectu ut possit succedere; ex concilio Antiocheno. can. 23. relat. in can. 3. Episcopo non licere. 8. qu. 1. ex Concilio Papa Martini. can. 8. in can. Episcopo non liceat, ca. 8. qu. 1. in Synodo Romana. sub Pontifice S. Hilario. cap. 5. can. 4. pleriq. can. 8. qu. 1. can. 2. & 3. & per tot. caus. 7. qu. 1. Quia Ecclesiastica beneficia hæreditaria successionis jure concedi non debent. can. 7. Apostolica. 8. qu. 1. c. fin. dist. 5. 1. c. consuluit. de jure patronat. c. præsentiam. de filiis Presbyter. Ubi enim Präpositi capacitas & merita perpendi debent, ibi sanguinis non habenda ratio. Nisi aliter vel Lege concessum, vel ex privilegio receptum. ut in can. in Synodo. dist. 6. 3. can. petiſti. 7. qu. 1.

Non tamen prohibetur viventi tractare de successore, cum Collegio, cique commendare aliquem, can. 1. & 2. can. Apostolica. 7. qu. 1. Potest & Papa cum Successore ita nominato dispensare, d. can. petiſti. Licuit & Coadjutorem sibi viventi eligere; dignitatemque deponere Episcopalem. c. 1. & 2. caus. 8. qu. 1. c. 1. de renuntiat. in 6.

Secundo. Nemo potest eligere scipsum; quia nec scipsum instituere, aut sibi dare beneficium potest; cum inter dantem & accipientem debeat esse differentia, cap. fin. de instiſt. Nec quis potest scipsum præsentare ad beneficia sui patronatus. c. per nostras. de jure patron. Nec scipsum baptizare, cap. debitum. 4. de baptismo. ordinare. can. d. dicimus. 24. qu. 1. Cum nemo plurimum simul & semel vices subire possit, c. presbyters. 16. qu. 1.

Tertio. Qui sacris Ordinibus non sunt decorati. Clem. ut ii. ubi Gloss. de atat. & qual. Concil. Trident. sess. 22. dereformat. qu. 4. Si quis tamen vacationis tempore non sit initiatus sacris, suscepit vero Subdiaconatum tempore electionis, votum habebit; quia ut eo tempore sit habilis sufficit. Gloss. verbo. constitutum in d. Clem. ut ii. & ibi Abb. num. 9.

Quarto; Regularis non professus, vel Laicus conversus in Elecione Präpositorum in monasterii, Ecclesiisque Regularibus. can. ex eo. 32. §. fin. de electione. & ibi Anchor. num. 3. Sylvester verb. Elecțio. 4. num. 5. Castell. de elecț. Canonic. Tholosan. de elecț. cap. 7. num. 5. Barbosa de jure Ecclesiast. lib. I. cap. 19. num. 49. & 50. Fr. Eman. quæſt. Regul. tom.

tom. 2. cap. 3. in fin. i. conclus. nisi ex privilegio, statuto, vel consuetudine habeant vocem conversi. c. 2. de institut. Gloss. in verbo Electionibus. c. ex eo. §. in Ecclesiis. de elect. in 6. fac. text. in c. et si Christus de jurejur. in vers. Vos & conversi. &c. Frideric. de Senis. conf. 107.

Quintò; Qui ex ordine mendicantium ad ordinem alium transferunt, non habent, ibi in Electionibus vocem, licet habeant beneficium vel administrationem. Clem. c. de Regulari.

Sextò; Ecclesiastica suspensiōne suspensi, cap. cum inter. 16. §. fin. de election. c. cum dilectus. ubi Gloss. de consuer. sive ab homine, puta Judice, c. cum bona. de etat. & qualit. ordin. c. quia diversitatem. §. de concess. præbend. sive à Jure; c. i. cum aeterni dere judic. in 6. c. i. de sent. excommun. in 6. sed nominati denunciato; Laurent. de Perini, de Prælato. qu. 2. cap. 5. §. 1. num. 32. Barbosa d. loco. num. 58. si modo suspensi sint ab officio & beneficio simul, vel ab officio tantum. Innoc. & Compostell. ad c. cum dilectas. de consuetud. vel saltem simpliciter; per c. si quem. de sent. excommun. vide tamen Gloss. ad c. illa quoq. 39. ad verb. canoniam in fin. de election. non si à beneficio tantum. Si enim eligere possunt. Gloss. in c. cum Vintoniensis. de election. Innoc. in c. sicut de cohabit. Cleric. & mulier. Licet electio competat ratione beneficii à quo suspensi. Cum Electio non sit fructus beneficii; ut vult Tholos. de elect. d. cap. num. 7. sed actus illius officii spiritualis, cui est, beneficium annexum. Gloss. in c. cupientes. §. caterum in. & ibi Gemin. de elect. in 6. Suar. de censib. tom. 5. disp. 27. sect. 2. num. 34. vid. Barbo. d. loc. num. 58. Regulares item suspensi à divinis, eligere possunt, Electio enim in iis pendet non ab Ordine, sed Regularitate. S. Congreg. Concilii sub die 7. Septemb. anno 1628.

Septimò. Excommunicati majori excommunicatione, utpote quibus cum aliis communicare non licet, c. 11. qui. 15. in fine de sentent. excom. in 6. non minori. c. illa. 39. de elect. Quia hæc communione hominum non privat. vide inf. de excommun. vide & c. illa quotidiana de elect. c. constitutus. de appellat. c. fin. de Cler. excom. ministr. Squillante de oblig. Cleric. part. 3. num. 98. Barbosa d. loc. num. 56. Zaf. de elect. num. 7. & 13. Tholosan. d. loc. num. 8.

Hinc dubitari solet, utrum unus aut aliqui Excommunicati, ali-

orum suffragia faciant nulla. Distinguendum; Utrum admissi fuerint ignoranter, an scienter & voluntarie. Priori casu; Dicimus quod non; ex regula, quæ habet; Non uitari utile per inutile. c. utile non. 37. de reg. jur. in 6. Quò facit textus in c. cum Wintoniensis. 25. de elect. ubi aliquorum inhabilitas non irritat aliorum suffragia. Nisi eligentium numerus sit certus, quorum omnium requiratur consensus; tunc enim excommunicatio unius electionem facheret irritam, quia facheret deesse numerum requisitum. c. ad probandum. 24. de sent. & re judic. & c. super. 23. de offic. Jud. deleg. Nam uti unius ex eo numero dissensus invalidam ponere electionem, quia facheret omnium consensum non adesse; ita & consensus nullitas, quæ facit non adesse requisitum numerum. Erit autem decisio superior vera, si alias stet pro una parte sufficiens eligentium numerus, ut, demptis excommunicatis, major Capituli pars sit pro ista. Altero casu electio videtur esse nulla, per c. illa 39. de elect. & ibi Abb. num. 7. & c. fin. num. 6. de probat. & per c. Messana. 56. de elect. ubi electio per Clericos & Laicos facta habetur irrita; & d. c. cum super 23. de offic. Jud. deleg. ubi decretum ab habili & inhabili dicuntur nullum. Accedit quod voluntarie admittentes inhabilem videantur jure suo ut nolle, & se facere inhabiles: Sed contrarium videtur posse responderi: Nempe Electionem aliorum esse validam; Licet enim peccarent hi admittendo istos, non tamen privandi ideo eligendi potestate, cum nullo sit eautum jure. Et licet communicantes eum excommunicatis, in minorem incidunt excommunicationem; c. s. Apostoli 16. c. excommunicatos 17. c. cum excommunicatio. 18. in c. qui communicaverit. 19. c. cura 10. can. ad mensam. 24. caus. 11. qu. 3. non tamen ista, ut dictum, eos ab eligendo repellit. Ut ab aliis facta electio sit dicenda valida, excommunicati consortio nihil ponente contra substantiam electionis. Zef. comment. ad deuter. de elect. num. 8. & 9. Nec repugnat d. c. cum super. 23. Quia actus, de quo agitur, ibi pendet ab omnibus, ut sic junctus inhabilis ponat ejus nullitatem. Nec obstat, d. c. Messana. Nam ibi hoc ita statutum in eorum, qui contra canones c. quisquis. & ibi Gloss. de elect. laicis id juris permittebant, odium; ita ut extendi non debeat.

Prior tamen opinio, quia communis, in praxi videtur servanda; facit

facit pro ea textus *in d. c. fin.* ubi ex eo quod communitas, cum majoribus & juratis, quos sciebat excommunicatos, constitueret procuratorem, irrita dicitur constitutio. Quod idem ex rationis paritate dicendum in Electione Prælati. *Zæf. d. loc. num. 9.*

Quod quidem omnino procedit, *in excommunicato nominatum*, vel notario Clerici percussore: *Extrav. ad vitanda scandalorum Martini V.* *Gutier. Canon. lib. 1. cap. 1. Petr. Gregor. Tholos. de elec. cap. 7. num. 8.* *Castellin. tract. de elec. cap. 5. num. 16.* Sed an idem procedat in *Excommunicato tolerato*, quæstionis est. Quod videtur dicendum propter textus *in can. audivimus. 24. qu. 1. c. adversus. de immunit. Eccles.* ubi excommunicatio vel sententia lata ab excommunicato dicitur invalida. Ratio est in jurisdictionis defectu: *fac si is cui. de offic. jud. deleg.* Eaque opinio juxta jus antiquum, vera est in *excommunicato notorio*. Nam aliud, utmox dicitur, *in occulto*. Ad jus novum quod attinet, verior est opinio, *excommunicati licet notorii, tolerati tamen, subsisterent actus, etiam publicos: Mar. Alter. de censur. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 2. vers. aliter tamen.* Ratio est; Quod juxta *Extrav. Martini V. ad vitanda*, possit communicari cum excommunicato quounque citra poenam, denunciato & notorio Clerici percussore excepto. *Introductum hoc, ut succurratur conscientiis timidis, & animarum evitentur pericula: ut cum possimus cum tali communicare etiam in Sacramentorum perceptione, debeant & acta ejus esse valida, atque ita & tenere ejus electio, & similia.* Frustra enim licitum esset communicare cum tali, si non valerent acta. *Navarr. in summa cap. 27. num. 7.* Nec quid facit, quod ab officio & beneficio sit suspensus; ut videatur agere posse nihil, quæ corum competitur tratione; inter quæ est *Electione*: Nam hoc est verum, quatenus ea exercet licet quoad se, non etiam quoad alios. Ut licet ipse se ingredendo, & suffragium dando peccet, nihil tamen hoc noceat electioni; cum quamdiu non rejicitur, sed toleratur, licet Jurisdictione sit privatus, Ecclesia supplet seu conferat ad talem jurisdictionis actum. Nec etiam facit, quod dicta Extravagans noluerit aliquem excommunicato tribuere favorem, cum quod electio & alii sustineantur actus, non tam sit ob favorem excommunicati, quam fidelium. *vid. Covarr. ad c. alma. p. 1. §. 7. num. 9. Zæf. d. loc. num. 10.*

Quæ dicta de excommunicato tolerato, multò magis dicenda de *occulto*, antiquo etiam jure inspecto. Ratio est; Quia cum aliquis munus exercet publicum, in eoque sustinetur, occultus defectus, non afficit illius actus, qui ex Republicæ sunt judicandi interpretatione validi; *sac. l. Barbarus 3. ff. de offic. Pratorus. Zæf. d. loc. num. 11.*

Eadem statuenda de excommunicato denuntiato quidem, sed *ignorato*; quod seilicet electio, & alia ejus acta sint valida; cum licet alibi sit nominatus & publicus, in exercitii tamen loco habeatur pro non excommunicato; ut sustinenda sint ejus acta, necessitate & utilitate publica ita postulante: quod & antiquo juri, in hoc non mutato, (quo vitandus erat tantum excommunicatus notorius) consentaneum. *Abbas in c. ad nostram. num. 13. de jurejur. Zæf. d. loc. num. 11.*

*O*ctavæ prohibentur secundum sententiam communem, eligere Interdicti interdicto Ecclesiastico; c. cum inter. de elect. & qui in loco interdicto officia celebraverunt divina, c. si quis Presbyter. de sentent. excommunic. c. 1. de postul. Prælat. c. is qui. §. is verò de sent. excomm. in 6. Sylvester verb. interdictum. c. qu. 2. §. secundum. absque privilegio speciali. d. c. is qui. Navar. in manual. cap. 27. num. 187. Sigismund. à Bononia. de elect. dubit. 68. num. 1. Rectius tamen statuitur eos non prohiberi, cum effectus interdicti tantum pertineat ad privationem officiorum divinorum, Sacramentorum quorundam, & sepulturæ Ecclesiastice, sub quarum nullo continetur juris eligendi privatio; quæ cum satis, poena non est inferenda sine canone. Facit quod interdictum non privet beneficio, ejusque administratione, ad quam spectat Electio, sed potius fructus beneficii, qui interdicto salvi sunt. *Zæf. d. loco, num. 16.*

Nonò, heretici; *can. fin. 9. qu. 1.* quia & ipsi excommunicati. c. excommunicamus. de heretic.

Decimò; Qui scienter elegerunt inelignum, aut postularunt, protestate eligendi eâ vice privantur, & eorum ipso jure cassatur electio, non autem si nominaverunt tantum. c. cum in cunctis. §. Clerici. c. cum Vintoniensis. c. scriptum. de election. c. perpetuò. eod. in 6. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. Stephan. Grat. discept. forens. cap. 5. 8. num. 11. *con. ad 3. in 11.*

An quis presumatur indignum elegisse scienter, judicis relinquitur

tur arbitrio, Aloys. Riccius. in praxi aurea. resolut. 44^r. num. 3. num. 9. post Pelaez. de major. part. 1. qu. 19. à num. 1. si enim electus semper fuit in eadem civitate & loco, in quo eligens, ut id illum seivisse sit verisimile, quod scilicet illum elegerit est præsumptio, si vero is electus absfuit, vel sic errabit secreto, ut probabile sit ignorasse electum, præsumendum erit ignoranter eum elegisse. Sigism. à Bononia de election. dub. 61. num. 4. & 12.

Indignus hic est, qui habet defectus persona expressos in d. c. cum in cunctis. §. Clerici. ibi Panorm. num. 6. & in c. cum inter. il. 1. nam. 15. ood. Garcias de benef. part. 7. cap. 12. num. 84. Sigism. à Bononia d. tract. dub. 61. num. 11.

Verum scienter indignum in electionibus nominantes, propter suffragium in scrutinio præstitum, nequaquam, licet peccent, privantur electione. c. perpetuo. 7. de elec. in 6. Nav. in c. pœnit. num. 22. de pœnit. dif. 1. Laymann. in quest. canon. de Prælat. Eccles. elect. qu. 77. Barb. d. lib. & cap. num. 71.

Hinc patroni Ecclesiastici, (qui eligere dicuntur. Barbosa d. lib. & cap. num. 72. per Gonzal. ad 8. reg. Cancell. gloss. 19. num. 2.) eo præsentandi jure privantur modo, quo de elegantibus diximus supra. Guid. Papæ decif. 62. p. 2. Riccius in collect. decif. collect. 1029. Patroni Laici scienter præsentantes indignum, jure præsentandi pro ea tantum privantur vice. Rochus de jure patron. verb. honorificum. num. 15. Barbosa d. loc. num. 74. Scienter beneficium indigno conferens, conferendi potestate privatur. Rebuff. in praxi benef. tit. pena contra Collator. indignis indigne confer. num. 1. & beneficium incapaci collatum propter Collatoris negligientiam devolvitur ad Superiorem. Innoc. in c. cum in nostris. num. 1. vers. sed sitalis electus. de concess. prebend. & ibi Joan. Andr. num. 4. Abb. num. 22. Nec tamen collatio facta indigno per Vicarium prejudicat Episcopo; Rebuff. in praxi benef. tit. forma Vicariatus. num. 140. Sbroz. de vicario Episcopi lib. 3. qu. 27. nec factum procuratoris, ad præsentandum constituti, domino. Barb. d. lib. & cap. num. 77.

Undecimò; Eligere prohibentur, recipientes ad Ecclesiam postulatum tanquam institutum, vel administratorem, antequam admis- sa fuerit postulatio. c. bona. il. 1. de election.

Duodecimò; Laicis sive solis, (quod neutriquam licuit, adeò ut Concilium Trident. sess. 23. cap. 4. in fin. velit à populo & seculari potestate vocatos atque institutos haberi ut fures, & latrones, per ostium non intrantes) sive simul cum Clericis eligendi potestas est nulla, adeò ut consentiens electioni per eos de se facta hoc ipso sit inhabilis. c. quisquis. 43. c. Messana. 56. de electione. Nihil faciente consuetudine, aut præscriptione in contrarium; cum requirat possessorum, cuius hac in materia Laici sunt incapaces, ut nec possit iis concedi per capitulum. c. sacrosancta. 51. eod. Zæf. eod. num. 22. Non tamen improbat consuetudo, ut electio perfecta præsentetur patrono. c. cum terra. c. sacrosancta. 51. c. cum universis. eodem.

Decimo tertio. Eligendi potestate propter commissum delictum privati; Nam quoad eam pro mortuis habentur, eaque ad non delinquentes devoluta censetur: c. bona memoria. il. 1. c. cum Vintoniensis. eod. Ant. Rag. de voce Canon. in Capit. qu. 30. ex num. 13. Nisi & illi deliquerint; tum enim electio devolvitur ad Superiorum. Gloss. in verb. ad nos. in d. c. bona memoria. & ibid. Joan. Andr. col. ult. num. 58. vers. in Gloss. ult. In soc. num. 9. verb. ad nos Hoffiens. num. 31. super verb. pariter. Abb. num. 33. vers. in secunda.

Decimo quarto; Voto suo renuntiantes, postquam renuntiatio à Superiori acceptata; interim penitere & eligere possunt: c. Ecclesia vestra. ubi Gloss. & Abb. eod. Sigis. à Bononia de elect. parte 1. cap. 2. dub. 25. num. 8. Imo & ad eligendum compelli possunt, si ex renuntiatione damnum communem, sive prejudicium, monasterium, religio, vel Ecclesia pateretur. Abb. in c. quia propter. num. 4. eod. à Bononia d. dub. 25. num. 6. & 7. Castellin. de elect. cap. 5. num. 22.

Decimo quinto; Potestate eligendi privantur, qui intra tempus ad eligendum statutum non elegerunt; nisi impediti fuerint impedimento legitimo, c. ne pro defectu. eod. c. quamquam. eod. in 6. Quod & intelligendum de Compromissariis ad eligendum intra tempus, non eligentibus dictum. c. sic compromissarius. 37. eod. in 6.

Currit tempus eligendi statutum à Canone; (id est, trium mensium in Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus; c. ne pro defectu. eod. sex mensium in minoribus dignitatibus sive beneficiis. c. nulla. de concess. præbend.)

præbend.) etiam illis Electoribus, quibus, ne sine licentia Superioris eligant, interdicitur, & mora imputatur illis, cur eligendi licentiam à Superiori non impetraverint. *c. fin. & ibi Gloss. eod.*

Devolutio Electionis aliquando ob Electorum culpam fit ad *Etores* alios, qui non existunt culpabiles, aliquando *ad Superiorum proximum*; non adscendit immediate ad Pontificem. Aut enim in culpa est *Capituli pars*, aut *Capitulum totum*. *Primo casu* ad non culpabiles, quamvis pauciores, *c. 2. ubi Gloss. de postul. Prælat. cap. bonæ memorie il. 1. c. Vintoniensis. de elect. Gloss. in e. si forte. dist. 65. in d. tantum unus; c. quæsivit. de iis que sunt à maiore parte Capit. ut & supra dictum.* *Secundo casu* in culpa distinguendum: Aut enim Capitulum totum privatur jure eligendi ideo, quod non elegerit intra tempus statutum, & devolvitur Electio ad Superiorum proximum, *d. c. pro defectu.* Aut privatur eā ob causas alias; & ad solum Pontificem fit devolutio in Ecclesiis Cathedralibus: in inferioribus ad proximum Superiorum. *d. c. cum in cunctis. Gloss. in c. innotuit. eod.*

Decimo sexto; Simoniacè eligentes nihil agunt, & ultrà omnibus privantur beneficiis. *c. per inquisitionem. cod.*

Decimo septimo; Pluribus Electoribus per diversa vota divisis, eligere dicitur major & senior pars; non minor: *c. Cumana. c. congregatio. ubi exceptio. c. scriptum est. 40. c. licet. eod. fac. l. quod major pars 13. ff. ad municipal. l. 3. & 4. ff. quod cuiusq. universi. l. 3. ff. de decreto ab ord. faciendo.* Adeò ut nequidem minoris partis electio firmari possit, per sequentem ex maiore parte accendentium consonum. *c. auditio. 29. eod.*

Excepta Pontificis electione, *de qua supra*; major pars colligitur ex vocum numero; *c. licet. 6. eod. in quo etiam de Jure veteri, c. cum in jure peritus. 33. eod. arg. l. plane. ff. quod cuiusq. universi. non novo; d. c. Cumana. & computatur vox ejus qui ex numero Electorum eligitur. Petr. Gregor. de elect. d. cap. 7. num. 14.*

Decimo octavo; Electores legitimi non sunt qui eligunt coactè; quia ut valeat eorum electio, in suffragiis debent esse liberi; *c. ubi periculum. §. caterum. de elect. in 6. nec ex voluntate aliorum, etiam patroni, pendere, non obstante consuetudine contraria. c. cum terra qua. 14. cod.*

Decimo

Decimo nono; Non eligunt Canonici Supernumerarii; nisi forsitan per consuetudinem, aut ab aliis admittantur sponte: *Gloss. & Bald. ad c. cum Martinus. deconfit.*

Vigesimo; Episcopali cathedrae, Clero & Christianis subditis carenti, ut contingit in occupatis per Turcas, Episcopum eligit solum Pontifex, aut potestatem habens ab Eo. *Clem. plerisq. 5. de electione.*

Vigesimo primo; Sunt & aliqui qui eligere non possunt sine Superioris licentia. *c. fin. de electione.*

10 Ex Naturali causa & impedimento eligere non possunt; *Primo* Impuberos. *c. ex eo quod. 32. in princ. de elect. in 6. Tyraquel. de jure mariti. Gloss. nova. num. 8. Barbos. de offic. & potest. Episcopi. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 19.* Quia Eligentes debent esse etatis mature & consilio prædicti: *Castellin. de elect. canon. cap. 5. num. 1.* Eadem ratione secundò ab Electionis suffragiis removentur mente capti & furiosi, quamdiu durat furor: In dilucidis intervallis admittuntur: *Gloss. ad d. cap. ex eo, ad verb. discretionem. & ibid. Philip. Franci. de elect. in 6. fac. c. nec is. 5. cum itaq. 15. qu. 1. c. cum dilectus. de success. ab intest. c. fin. de success. ab intest.*

11 Moribus & consuetudine dari potest eligendi jus iis, qui non habent: *c. dilectus. 8. de consuet. c. Cumina. 50. de elect. c. cum Ecclesia. de causa posse. c. Abbe de verbos. signif.* Potestque Canonicorum creatio ad solos pertinere Canonicos, puta ad solum Capitulum. *c. cum Ecclesia Vulturnana. 31. de Electione Petr. Gregor. de elect. cap. 8. num. 3.*

12 Dat & *præscriptio* jus eligendi, & sufficit Eligentes esse in quasi possessione. *c. querelam. 14. de elect.* *Præscriptio* puta annorum quadriginta; ut conclud. *Innoc. & Joan. Andreas. ad c. de quarto. de præscript.* Cum & Jus conferendi beneficia mutari possit hac possessione, ut regularia secularia, & secularia efficiantur regularia; si per secularces vel regulares per tale tempus teneantur beneficia. *c. cum de beneficio. 5. de præbend. in 6. & ibi Gloss. Bald. ad l. 2. ff. de servitut.*

Debent autem presribentes *titulum* allegare & *causam*, si quidem Jus Commune iis resistat. *ut in c. 1. de præscript. in 6. l. five possitatis. C. de probation. vel probare consuetudinem, quam defendant. c. constitutus. de elect.*

Porro

Porrò ad obeundam Ecclesiæ curam & sollicitudinem honore^r¹³ que Electores legiti^mi eligere debent meliorem & utiliorem; c. consti-
tutus. 46. in 2. de appellat. can. 1. 5. licet. 8. qu. 1. & idoneum, nec ulla ca-
nonica constitutione reprobatum, c. obitum. dis^t. 6. 1. & quidem olim,
unum de gremio ipsius Ecclesiæ; c. cum inter Canonicos. cum dilectus.
de electione. postea & aliundè. Gloss. verb. aliam. in d.c. cum inter Cano-
nico^s. Sylvester de benef. parte. 3. qu. 23. num. 2. Navar. consil. 6. num. 1.
Zerola in praxi. Episc. part. verb. beneficia. §. 8.

Meliores & utiliores hīc intelligimus secundum quid, non abso-
lutē: Nempe eum qui sit bonus & Ecclesia utilis, & muneri ad quod
eligitur, idoneus: ut tractat. Rebus ad titul. de electione. derogat. ad
verbū idoneorum. in Concordat. & Gloss. ad d.c. constitutus. 46. Licet
enim aliis eligi possit utilior & doctior; sufficit tamen electum esse
idoneum, quia in Prælato scientia toleratur sufficiens, c. cum nobis. de
elect. & sufficit quod non sit malus; c. dudum de presumpt. can. 33. mo-
nasterium. 16. qu. 7. neque erit ideo recusandus, quod non sit ita doctus
ut Salomon. can. licet. 8. qu. 1. fac. can. 1. dis^t. 6. 5. Rationem reddit D.
Thomas. 2. 2. qu. 63. art. 2. ad 3. Quia aliās electio vel presentatio
omnis pateretur calumniam, dareturque locus penè infinitis litibus, si
prætextu omisso dignoris revocari permitterentur electiones. Navarr.
de Simon. conf. 6. num. 1. Quod neque tolerandum, neque convenire
Reipublicæ Christianæ testantur Jura. de quib. Covarruv. in reg. pecca-
tum. parte. 2. §. 7. num. 4. & seq. Molina de primog. lib. 2. cap. 5. num. 47.
Nisi quando per concursum & oppositionem facienda beneficij pro-
visio. Barboſa de jur. Eccl. lib. 1. cap. 19. num. 137.

Sed hic queritur, an Eligentes & Conferentes teneantur omisso¹⁴
digniori ad restitucionem; Dicendum; esse verius, eos nec teneri Ec-
clesia, nec Omisso: Non iſti; quia non nocuerunt Ei, cum de idoneo
providerint ministro; non huic, quia ante electionem nullum habuit
jus vel ad rem, vel in re; cum id eidem quæratur per electionem.
Navarr. in manuali. cap. 17. num. 72. ante quam nihil juris habet, quod
prætendat. Covarr. d. §. 7. num. 6. Lessius de Just. & Jure lib. 2. cap. 34.
dubio 15.

Similiter Electus non tenetur ad aliquam restitucionem Digniori.¹⁵

K

Quia

Quia Eum nullo privavit jure, cum nullum habuerit quæsitum; nec ullam ei intulit injuriam. Nam si qua illata, illa est per eligentes illata; Quorum suffragis Electus consentiens, non potest dici peccasse, tanquam consentiens peccantibus; cum ejus non sit propria discutere & dijudicare merita. *Iessus d. loco. n. 76. Zæf. in comm. de elect. n. 46. & 47.*

16 Aliud est in eo qui fraude impedit aliquem, quo minus eligatur: Quippe hic tenetur ad *restitutionem*, quando avertit Jus quæsitum; Quia cum caussam damni dederit in iusto, id ipsum resarcire tenetur; ex communī regula. Quomodo, cum needum firmum jus ante electionem sit acquisitum, verius est, ex sapientiæ arbitrio satisfactionem esse injungendam impedienti; *Qua de re plenius infra tit. de proband. V. Covarruv. ad c. reg. peccatum. part. 2. §. 7. num. 8. Navarr. d. c. 17. num. 69. cum seqq. Petri. Navarr. de restit. cap. 7. Zæf. d. loco. num. 48.*

17 Indignum Eligentes scienter, præterquam quod graviter peccent, præcipue si agatur de animarum cura; & teneantur ipsi Ecclesia ad danni restitutionem; *c. fin. de injur. atque insuper inducere Electum, ut dimitiat Ecclesiam; privantur ipso jure suffragio pro ea vice; ut dictum supra; suspenduntur, non ipso jure, sed per sententiam; c. cum in cunctis. §. Clerici. de elect. per triennium à beneficiis Ecclesiasticis; d. c. cum in cunctis. 7. §. Clerici. quæ scilicet in ea habent Ecclesia, quam per electionem talem offenderunt: non quæ in alia; ne poena excedat culpam. c. si Compromissarius. 37. in fin. eod.*

Quæ suspensionis poena eos etiam tenet, qui personæ dignæ electionem aut provisionem infringere & confirmationem impedire conati sunt temerè. *d. c. si compromissarius. 27. Zæf. d. loc. num. 51.*

18 Sed quid, si quis indignum tantum sciat ex confessione sola? Dicendum, Istius scientia quidem non haberi rationem; non posse tamen, nec debere eligentem tali suffragari. Quia contra conscientiam ageret; *c. 2. de off. jud. ord.* Quia Confessarius solum obligatur ex sigillo, ad personam sibi confessam non manifestandam, ergo tacita & non manifestata persona poterit notitiâ ex confessione relictâ uti ad bonum commune, & bonum proximi, & bonum ipsius confitentis. *Sylvester verbo Eucharistia. 3. qu. 5. §. 5. Ledesma de panit. dub. 32. conclus. 7. ad med. Navarr. in c. pan. num. 146. de panit. dist. 6. & ibi Turrecrem. art. 1. num.*

num. 10. Rebuff. in c. omnis utriusq. de penit. & remiss. §. suscipiens reverenter. vers. octavo non debet. Fr. Emanuel. Quæst. reg. tom. I. cap. 6. 8. conclus. 6. num. 6. Et hoc citra peccatum, quia alterius munus quod ambit, non debetur, nec istud acceptare potest citra animæ detrimentum. Zæf. d. loco. num. 52.

Electio de indigno facta ipso jure est nulla: siquidem indignitas¹⁹ ex literarum, morum gravitatis, ætatis, natalium defectu, resultat: d. cum in cunctis. 7. c. innoruit. 20. in fin. de elect. c. congregato. 53. in fin. eod. & ibi Gloss. verb. literatura. Quia talis intentioni Ecclesiæ nequit satisfacere.

Non tamen Eligentes indignum, aut indignus electus, digno præ²⁰terito tenentur ad restitutionem: ex eo, quod obligatio ad restituendum præsupponat ablationem ab eo, cui est jus vel in, vel ad rem: neutrum est omisso, cum agatur de Jusititia distributiva. Nam beneficia Ecclesiastica, cum sint potius stipendia & laborum merces, quam bona communia, in corum distributione peccatur quidem per distribuentes contra officium commissum, non tamen ulli teneri possunt ad restitutionem: quam Ecclesiæ cuius jus violatum præponendo ei indignum, c. tales. dist. 23. Felin. in c. se quando. num. I 3. de rescript. Palat. in repet. c. per vestras. de donat. int. vir. & uxor. not. 2. §. 26. num. 11. Roder. à Cuccha. in comment. ad d. c. tales. non alterius, cui jus non potest dici ante electionem quæsumus. vide Navarr. in summa. cap. I 7. num. 69. cum seqq. Covarr. d. l. §. num. 2. Molina de jure primog. lib. 2. cap. 5. num. 5. 8. Valer. de differ. inter utrumq. forum. verb. electio. differ. I. num. 2. Less. de just. lib. 2. cap. 3. 4. dub. I 5.

Sed quid si ex votis indigno præstitis non fuerit secuta electio; an²¹ nihilominus eligentibus indignum propositæ obtinent poenæ? Dicendum de Jure antiquo, quod sic; d. c. cum in cunctis. 7. quia quantum ad Eligentes delictum fuerit completum: Rigor tamen ejus mitigatus, per c. perpetuò. eod. in 6. saltem quoad eligendi potestatem eâ vice: ut maneat eis electio salva; ex ratione, quod non habuerit, prævalentibus suffragiis aliorum, eorum conatus effectum.

Habent tales laesam conscientiam, ut iustè metuant divinam & Apostolicam ultiōrem. d. c. perpetuò. 7. in fin. eod. in 6.

Quantum ad poenam suspensionis à beneficiis, jus antiquum non videtur mitigatum; ut etiamnum obtineat. Zæf. d. loco. num. 57.

Loquuntur autem Canones de eligente, aut consentiente in indignum *scienter*; c. cum Vintoniensis. 25. cod. d.c. perpetuo. sed quid dicendum de *ignorante*? Distinguendum: An fuerit ignoratio *invincibilis*, rem esse manifestam; quia tunc nulla commissa poena: uti & non disputandum, si fuerit *adfectata*; quia adæquatur scientiae; quæ cum ponat delictum, merito illud poena sequitur. An vero fuerit *non omnimodo invincibilis*, sed aliquo modo voluntaria; & tum videri elegentes non excusari à culpa, aut poena: Probabile tamen, nec eo casu incurri poenam; nisi interveniente dolo & malitia; ut posita ignorantia, licet ea potuisse vinci, & culpa non cesset, à poena tamen sit admittenda excusatio; nè dictio *scienter* in textu posita operetur nihil. Quò facit, quod poenæ sint potius mitigandæ, nec facile inducendæ. Zæf. d. loc. num. 58.

An quis electione sit *indignus*, est probandum; ad quod & famæ & Laici admittuntur; eorum tamen non statur testimonio, si tantum de fama & auditu deponant. c. tam literis. de testib.

Dignus & idoneus presumitur quisque, ut nec provisio in apposita Clausula; Si *idoneus* videatur; oneret provisum ir probatione probandi se esse idoneum; quia presumitur talis: c. fn. de *presumption*. quamvis clausula omisssæ intelligatur semper. c. cum adeo. de *rescript*. l. ut gradatim. ff. de *muner*. & *honor*.

22 Probatio itaque in contrarium est exhibenda afferenti non idoneum; & quidem ea quæ ex sanctionibus constare potest canonice; si quid in eligendo inveniatur contra prohibita. can. nam concupiscentiam. de *constitut*.

Sanctiones Canonice quedam diffiniunt *crimina*, quorum five consci, sive rei; descendere ad Ecclesiasticorum beneficiorum dignitates non possunt legitimè: consensi desciuntur aliquando ab illis: c. i. dis. 83. Ideò nec eligi possunt hisce de crimib[us] accusati, & in reatu existentes, vel contra quos sit inquisitio de his. Petrus Braxius in director. de election. Quia ut in c. omnipotens. 4. de accusat. est scriptum; Valde grave est, ut vir, de quo tanta nunciantur ante discussionem & disquisiti-

quæstionem honorentur. Debent enim prius se expurgare ab iis à quibus gravata censetur eorum opinio & fama. cap. 3. dist. 83. cap. fin. de testib. Oportet enim electum in Prælatum esse sine crimen; D. Paulus ad Titum. cap. 1. vers. 9. & irreprehensibilem. D. Paulus ad Timoth. 1. cap. 3. can. fin. dist. 25. id est, nullà morderi delicti conscientiâ.

Crimina hæc debent esse manifesta, & talia ex quibus in subditos 23 & alios permearet scandalum; Occulta etenim, si de iis facta poenitentia, non impediunt secundum sententiam communem, promotionem. Gloss. in d. can. fin. dist. 25. Ab ea recedit Joan. Andreas; eique suffragari videtur: can. de his. dist. 50. Distinguit Tholosan. de elect. cap. 9. num. 2. dicirque ob occultum crimen grave moneri potest confitens ab eo qui audit exomologesim, poenitentiam imponendo, & nè altiore ascendat ordinem monachorum: at prohiberi non potest. c. ex tenore. 4. de tempor. ordin. c. fin. eod. c. si Sacerdos. de off. ordin. c. si tantum. c. placuit. 6. qu. 2. c. cum omne. c. si illud. de consecrat. dist. 2.

Enumerantur ex Concilio Toletano 4. cap. 8. & can. qui in aliquo. 24 dist. 51. & crimina quedam & alia, nè quis eligi possit impedientia; ut si infamis, si hereticus, si in heresi baptizatus, si publicè egreditur penitentiam, si caciderit seme ipsum, si bigamus, si corrupte maritus, neophytus, laicus, literarum imperitus, si dignitatem ambitu vel largitionibus tentaverit consequi, &c. ex quibus explicabimus pauca. Tholosan. d. loc. num. 2. in fin.

Primum Ambitio est, (id est, honorum & dignitatum Ecclesiæ præter modum concupiscentia) quæ ex Lege Canonica suspecta & propterea prohibita. Tantum enim ab ambitu Prælatus debet esse remotus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, & sola ipsi suffragetur excusandi necessitas: Profectò enim sacerdotio est indignus, qui non fuerit ordinatus invititus; c. displices. 23. qu. 4. can. in scripturis. 8. qu. 1. l. si quemquam. 30. c. de Episc. & Cleric.

Hinc prohibitum, nè quis, jam Episcopus eligatur in aliud Episcopatum vacantem, vel Archi-Episcopus ad Episcopatum, sine dispensatione: c. fin. de translat. Episc. c. 1. de Cleric. non resident. Item, nè qui habet beneficium, ad aliud eligatur sine dispensatione. c. diendum. in 2. de electione. c. execrabilis. §. qui verò de prebend. in Extrav. Joann.

XXII. l. monasteria. 20. C. de Episc. & Cleric. Nè in Episcopum eligatur Cardinalis: *c. bona memorie. il. 2. de postulat. Pralat.* Nec valet electio illius, qui ante electionem suum ei adhibuit consensum, *c. postquam petitum. 46. de electione.* Non valet ea, quæ facta adhibito prius cum eligendo vel cum ejus amicis colloquio: *c. per inquisitionem. eod.* Nec ejus electio in Abbatem, qui Monachus factus est cum promissione, quod futurus esset Abbas: *cap. cum ad nostram. 37. c. cum offici. 38. eod.* Nec valet dispensatio per Abbatem vel Superiorem Monacho indulta, ut possit consentire electioni de se facienda. *Clement. fin. eod.*

Secundum Crimen, impediens ne Electio sortiatur effectum, est *Simonia;* que & eam committentes, ineligibiles facit, ut & pactiones cum eligentibus vel aliis incuntes. *c. super eo. 12. de elect. l. si quemquam. C. de Episc. & Cler. §. 1. vers. sed neg. pecunis. Novel. 6.*

Deponuntur ergo Electi Simoniacè, & per Simoniam ingressi beneficium amittunt. *can. insinuatum. 13. de Simonia.*

Simonia censetur committi, cum quis ex Electoribus Electo contradicens, acceptâ, etiam ab Electi amicis, pecuniâ, sciente eodem, electioni consentit: *c. Matthæus. 23. de Simon.* beneficium promittit, ut quis eligatur: *c. de hoc. 11. eod.* promittam quod te eligam, si me elegaris; vel si dicam, *Eligen nunc meum nepotem, & ego postea in alia sequente electione eligam tuum: Rebuff. ad §. 1. ad verb. Simoniacis. de electionis derogat. in Concordia. Joan. de Selba tract. de benefic. part. I. q. 7. n. 64.* si quis eligatur conditione eâ, quod electus tali Sede aliquo providebit beneficio; vel quod tenebitur tales remunerare, seu (ut loquuntur) recompensare. *Roman. consl. 359. cum quo pro ea vice Episcopus dispensare non potest. Petr. Gregor. de elect. cap. 9. num. 7. per c. si alicujus. 59. de elect.*

Tertiò eligi nequit *sacrilegus. c. venerabilem. eod. fac. c. miror. 17. qu. 4.* quia & aliis actibus exploditur legitimis. *can. nulli. 3. qu. 4.*

Quartò *Falsarius* literarum Summi Pontificis: *c. ad falsariorum. de crim. fal.*

Quintò *Usurarius manifestus*, cum sit infamis, *L. improbum famus. 26. ff. ex quib. caus. inf. irrog. & infamè eligi nequeant: c. inter dilectos. de recess. Pralat. c. infames. 6. qu. 1. fac. l. neg. famosis. C. de dignit. l. un. C. de*

de infamib. nec amatoribus usurarum ulla ratione Episcopi manus imponant, nec eas in Clero ordinent. can. de Petro. 4. dist. 47. d. c. inter dilectos.

Sexto, Irregularis c. is, qui. 15. de sent. excom. Id est, qui positus extra regulas idoneorum, qui possunt promoveri ad ordines sacros, & Ecclesiastica ministeria, & promoti possunt in illis perseverare sine dispensatione. Petr. Gregor. d. cap. num. 11.

Incurritur Irregularitas vel ipso jure, vel ex delicto, aliquando ex corporis defectu.

Ex delicto notorio, publico, manifesto, per confessionem vel sententiam, vel facti evidentiam. c. fin. de eo habit. Cleric. & mul. c. ex tenore. 4. de tempor. ordin. ut si homicidium quis de industria, vel per infidias: c. 1. de homicid. vel quoconque alio modo; sive ex iustitia, sive ex legi permissione, commiserit; c. aliquando. 5. dist. 1. 5. occidendi consilium dederit; c. ex literis. 10. de excess. Pr. lat. c. viduam. can. ex his Clericis. dist. 50. sententia criminali, ad infligendam sanguinis poenam, etiam justam, se immiscuerit; c. sententiam. ne Cler. vel Mon. c. in Archi- Episcopatu. de raptor.

Homicidium ab infante, furioso, dormiente; Clem. un. de homicid. aut etiam à Clerico, casti, sine ulla culpa, rei licite operam dante, fine occidendi animo, c. Clerico jacente. 37. c. quantum. dist. 50. c. ex literis. in 1. c. dilectus. 13. c. Johannes. 23. c. quidam. 24. de homicid. c. quem. de penit. & remiss. commissum, irregularitatem non causat.

Causat eam Infamia Furiæ vel facti; can. 2. can. 6. qu. 1. can. ut propter sortilegium. 21. can. 3. quicquid. 2. qu. 8.

Ex delicto etiam est irregularis, qui sciens se excommunicatum, vel interdictum, vel suspensum, nihilominus celebrat; Hostiens. Pardonavit. Joan. Andr. ad. 2. de Cleric. excommun. ministrant. putate sine Summi Pontificis dispensatione. c. 1. de re jud. in 6. c. 1. de sent. excom. in 6.

Irregularis etiam sit ratione vitii corporis supervenientis, natura, vel casu: tit. de corpore vitiat. non ordinand. vide infra tit. de ordin. Cleric. qui ad ordines & prælaturas non deberet admitti; juxta can. 21. Levi- tici. & can. huc etiam. dist. 49. qualis etiam est illegitimè natus, c. 1. de filiis

filiis presbyt. ordinatus in majori existens excommunicatione, c. I. de eo qui ordines furtivè suscepit. c. cum illarum. 32. de sent. excommun. nisi dispenset Papa aut Episcopus; si fiat Monachus: c. fin. de eo qui furt. ord. suscep. qui eadem die minores ordines & Subdiaconatum suscepit: c. 2. & fin. eod. qui baptismum iteravit: c. 2. de apost. can. confirmandum. dist. 50. can. quibus. de consecrat. dist. 4. can. in qualibet. I. qu. 7. Ordines ultra statuta tempora, sine dispensatione, c. consultationi. de temp. ordin. recipit: can. fin. dist. 75. c. 2. c. cum quidam. c. consultationi. de tempor. ordin. ordinem quem non accepit exercet. c. I. & 2. de Cler. non ordin. ministr.

Septimò eligi prohibetur Schismaticus, qui nee consecrat alios, nec dici potest consecratus, sed execratus. c. pudenda. 24. q. I. cap. quis diligenter tua. 5. de elect. can. nos consuetudinem. dist. 4. 12.

Octavò; qui excommunicatione tenetur minore: c. si celebrat. decler. excom. ministr. aut majore, c. postulatio. 7. eod. nisi à sententia appellaverit; & post appellationem interpositam fuerit electus; c. licet. 14. de sent. excom. c. præterea. 40. de appellat. aut post electionem vel appellationem excommunicatus, c. 2. de sent. excom. in 6. aut post excommunicationem & ante electionem absolutus; c. proposit. coram nobis. 8. de Cler. excom. ministr.

Nono, non potest eligi interdictus: c. cum inter. de elect. c. I. de postulat. Prælat.

Decimò, nec suspensus; c. cum dilectus. 8. de consuet. ubi Gloss. ad verbum suspensus. quo textum intelligit in suspenso à canone & homine & in c. per inquisitionem. 16. & ibi Gloss. eod. vid. Gloss. in Clem. cupientes. ad verb. suspensi. de pœn. Panorm. ad c. Apostolica. de except.

Undecimò; nec avarus: c. I. cum seq. in princ. dist. 85.

Duodecimò; nec periusus: quia non meretur regere Ecclesiam, c. querelam. 10. & ibi Felin. de jurejur. Bertachin. tract. de Episcopo in I. parte lib. 2. qu. 34. Gloss. ad c. si forte. 11. ad verbum, cetera. de electione. cum sit infamis. c. per venit. de fidejussor. fac. l. quoties. C. de dignit.

Decimotertio: nec qui à Laico antea se eligi passus. c. quisquis. 43. de elect.

Decimo quartò; nec plura beneficia curata habens. c. dudum. 54. eod.

Deci-

Decimo quinto; nec qui scienter inidoneum elegit; Hic enim per triennium eligi non potest. c. cum in cunctis. §. fin. & c. cum Vintonensis. c. per inquisitionem. eod.

Decimo sexto; necis cuius elecciónis, ob delictum vel personæ vitium, semel cassata. c. super eo. 12. eod. fac. c. testimonium. 54. de testib. l. si cum. §. iisdem. de accusat.

Ex Lege aliundè, quām ex delicto, eligi vetantur; Primò Bigamia; nè quidem accedente dispensatione. c. nuper de bigam. non ord. c. si quis viduam. disf. 50. c. nisi cum pridem. de renunciat. can. quicunq. 56. disf. 50. vide tamen Gloff. in can. Lector. 18. disf. 34.

Pro Bigamo habetur; qui plura habet beneficia curata; c. sicut vir. caus. 7. qu. 1. c. dudum. 54. de elect. Extrav. Johan. 22. execrabilis. §. qui vero de prebend. c. bone. in c. de postular. Prælat.

Hinc uni Episcopo plures Ecclesia committi non possunt. secund. Tuon. Carnotens. epist. 67. & 178. & 179. Soromen. lib. 4. cap. 15. & Regin. lib. 1. cap. 6. nec debent; nisi ex justa necessitatibus Ecclesiarum causa; can. pen. & ult. 21. qu. 1. cum Pontificis auctoritate. c. proposuit. 4. de concess. prob.

Secundò; Episcopus electus & confirmatus, negligenter monitus intra quinque menses. can. quoniam. disf. 100. sex. secund. Innoc. 3. inc. 2. §. sed neq. illud. de translat. Episcop. petere Consecrationem.

Tertio; Laici. c. cum adeo. de rescript. c. 2. de institut. c. ex literis. de transaction. Clem. quia contingit. §. ut ante. de relig. domib. c. 2. de Judic. Quales habentur Clerici, quibus clericatus privilegia adempta. Vide c. 1. de vita & honest. Cleric. in 6. c. 1. de Cleric. conjugat. c. fin. de vita & honest. Cleric. Clem. 1. 2. de vita & honest. Cleric.

Quarto; Qui publicam fecerunt pœnitentiam. can. pœnitentes. disf. 50. nisi cum dispensatione. Papæ, quoad ordines majores, can. ex pœnitentibus. disf. 50. can. qui in aliquo. disf. 51. quoad minores, Episcopi. c. placuit. disf. 50.

Quinto; Novitus, qui regulam monasterii, cui Abbas vel Prior queritur, nondum est professus; nullâ obstante consuerudine contraria. c. cum can. 27. de elect. c. nullus religiosus. 28. eod. in 6. c. officii tui. 38. c. cum nostram. 37. c. cum in Magistrum. 49. eod. Professio enim,

nōn habitus, facit Monachum. c. porrectum. c. ad Apostolicam. de Regulari.
 & Monach. & miserum est eum fieri Magistrum, qui non fuit discipu-
 lus. c. 4. miserum est. dist. 61. can. 1. 2. 3. 4. & fin. d. dist. 49.

Sexto; Qui est alterius religionis, quam cui Abbas aut Prior qua-
 ritur. Clem. 1. de elect.

Septimō; Qui nec vitā, nec scientiā, est commendabilis. c. cum in
 cunctis. c. nihil est. 44. de elect. can. 2. dist. 36. c. qualiter post obitum. 17.
 eod. s. forte. 11. de elect. in 6. c. fin. de atate & qualit. ord. c. nisi cum pre-
 dictis. s. pro defectu. de renunt.

27 Exigitur autem in Prælato scientia eminens, toleratur conveni-
 ens; & censetur melior mediocris cum probitate, quam sine probis
 moribus eminens, can. 1. & 2. dist. 85. c. cum à nobis. 19. de elect.

Qui Ecclesiasticis disciplinis non est imbutus, & sacramentum litera-
 rum non haber peritiam, ad gradum non debet aspirare Episcopalem.
 can. 2. qui Ecclesiasticis. dist. 36. Petr. Gregor. de elect. cap. 10. num. II.

Ad minus Episcopus noscere debet ea, quæ Presbyterum igno-
 rare non licet; puta librum Sacramentorum, Missale, Lectionarium,
 Antiphonarium, Baptisterium, Computum, Canones, Poenitentiales,
 Psalterium, Homiliae, per anni circuitum. c. que iōsis Sacerdotibus, s.
 c. omnes psallentes. 6. dist. 38. c. fin. dist. 39.

Præter literaturam & doctrinam etiam requiritur in Prælatis, secul-
 larium negotiorum discretio & cognitio, & prudentia ut Ecclesiæ illis com-
 missa indemnes conserventur Eorum providentiā, & cuique tribuantur
 necessaria pro occurrenti exigentia. tot. dist. 39. & ib. c. Petrus. c.
 fratrem. dist. 86. c. 2. qui Episcopia. dist. 23.

28 Natura ad Prælaturas vel dignitates Ecclesiasticas, aspirare ve-
 tantur; Primò Nati ex conjugatione illegitima; c. cum in cunctis. 7. c.
 innotuit. 20. de elect. c. Presbyterorum. dist. 56. c. ut filii. c. pen. & c. ult. de
 filiū Presbyt. Ispunii, servi. c. pen. dist. 56. c. consuluit. 5. de servis non or-
 dinand. Secundo; Qui non sunt ætatis legitimæ; c. indecorum. de æta-
 te & qualit. ord. c. eam te. eod. d. c. cum in cunctis. 7. ubi inquit, In Cunctis
 ordinibus requiritur, & in Ecclesiasticis in mysteriis, ætatis maturitas, gra-
 vitas morum & literarum scientia.

Jure Civili ætas legitima, seu naturalis perfecta, sibi & aliis con-
 sulere

sulere valens, censetur esse annorum viginti quatuor: *I. fin. C. de his qui veniam at. impetraver.* infra quam dicitur minor. *I. i. & 2. C. si major fact. alienat. rat. habuer.*

Sed in Jure Canonico, & quidem in materia hac, & aetatis ratio, & annorum numerus iniri debent, negotiorum, quibus præponi debent personæ, ratione; ut nempe ea sint in aetate, quæ negotiis sit accommoda & idonea: Alia enim beneficia aliis sunt præstantiora; Alia aliis majorem provisorum requirunt sufficientiam, pro quorum diversitate, & meliores & præstantiores sunt eligendi. *Petr. Gregor. d. loc. num. 3.*

Impuberi, licet possit esse canonicus, *c. ex eo. 32. de elect. nulla, cuiuscunque Ecclesiæ, dignitas conferri potest. d. c. indecorum: c. super in ordinata ordinationem. 35. de præbend.* In Episcopatu, *c. cum in cunctis. 7. de elect. & in beneficiis quæ conjunctam habent animarum curam,* ut in Archidiaconatu, Diaconatu, Parochiali Ecclesiæ, olim, ut in presbyterandis, exigebantur anni triginta: *c. si Presbyter. & tota dist. 78. ex Neocæsariensi Concilio, can. II. §. clericos. Novel. 123. cap. 13. debebant enim esse Presbyteri; c. i. c. præterea. de aetate & qual. ordin. can. sicut. 21. qu. 2. postea, ex Concilio Lateranensi in inferioribus ab Episcopatu beneficiis, ut Diaconatu, Subdiaconatu, & animarum curam habentibus, aetas annorum viginti quinque sufficere est visa. d. c. cum in cunctis. §. inferiora etiam. Abbatissa eligenda debebat olim esse sexagenaria, can. juvenculas. 20. qu. 1. postea annorum viginti quinque, d. c. cum in cunctis. §. in forma. tandem triginta a. c. indemnitatibus. de elect. in 6.*

Cæterum aetatis potest imperari dispensatio ab iis qui potestatem²⁹ habent, & postulatio fieri corum, qui propter non impletam legitimam vel in canonibus requisitam aetatem eligi non possunt. *c. 2. de aetate & qualit. ord.* Siquidem canities Presbyterorum non sibi est in annorum numero, sed sapientia. *c. fin. dist. 84.* ut enim malitia, sic prudentia supplet aetatem. *c. de illis. c. fin. de desp. impub.*

Sed cum infantibus dispensando Pontifex an sit tutus coram Deo, ipse viderit, cum & alias in hac causa literarum suarum, vel alterius occasionis rationem haberet ullam noluerit. *c. eam ait. 4. de aet. & qualit. ordin. Petr. Gregor. d. loc. num. 7. in fin.*

Tertio; Natura prohibentur eligi qui nec possunt, nec valent Ecclesiae servire in ministerio: c. relatum est nobis. 4. de Cleric. non residentib. c. quia in tantum. c. cum non ignores. de præbend. Nam illi quoad beneficia possidenda equiparantur pueris. c. subordinata. 35. eod. ut sunt prodigi, quibus bonis est interdictum, l. is cui bonis. 6. ff. de verbis. obligat. furiosi, d. l. is, cui bonis 6. fatui, Novel. Leon. 28. c. venerabilem. de elect. Qui enim nequit praesesse domini sue, quomodo DEI Ecclesiæ adhibebit diligentiam? ut ait B. Paulus 1. ad Timotheum cap. 3. v. 5.

Quarto; Natura eligi vetantur laborantes vitio corporeo, ex quo sacris dignitatis muneribus vacare non possunt; & ex quo sunt irregulares. c. hinc enim. dist. 49. c. 2. c. exposuit. & tot. tit. de corpor. vi- tiat. non ordin.

Quinto; Servi: Debent enim Pralati esse personæ liberae. tot. tit. de servis non ordinand. can. 1. 2. 3. 4. dist. 54.

Sexto; Legibus naturæ adscribi potest, unum in vacante Ecclesiam tantum posse eligi, non plures. juxta exempla can. in apibus. qu. 41. cauf. 7. qu. 1. Ratio. Quia inter Ecclesiam & Prælatum coniugium contrahitur, & exemplo conjugi carnalis indissoluble. c. inter corporalia. 2. de translat. Episcop. ideoque, ut in coniugio carnali prohibetur bigamia. D. Mattheus 19. l. 2. C. de incest. nupt. l. eum qui. C. ad Leg. Ful. de adult. l. 1. §. fin. & l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui not. inf. ita in spirituali non introducenda est bigamia, neque Ecclesiæ sponsa mariti Prælati duo, neque Prælato, due Ecclesiæ conjuges communijure dari possunt. c. sicut alterius. 7. qu. 1.

30 Propter mores eligi non possunt 1. Qui in honestæ sunt vitæ: Novel. 6. cap. 1. in princ. qui enim administraturi sunt Ecclesiam & præminere, debent discretione & morum fulgere honestate: c. indecorum. de etat. & qualit. ordin. 2. Qui Neophyti, id est, nuper in fide vel religione plantati, ne inassueta dignitate intumescent in superbia, & in laqueos incident Saranæ: D. Paul. 1. ad Timoth. can. sicut Neophytus. dist. 64. Nisi se gerant humiliter. can. 9. Neophytus. dist. 61. 3. Qui erapula vinove dediti. fac. c. erapula. 14. eod. tot. dist. 59. 4. Non etiam aleatores: c. inter dilectos. de excessi. Prælat. milites, curiales, histrioies. can. 1. aliquantos. dist. 51. c. un. de vita & hon. Cleric.

Mori-

Moribus eligi non possunt; *Primus*; Mulieres, quia non habent ³¹
Clericatum vel ordines facios, nec tangere possunt sacra, *can. sacratus.*
25. dist. 23. non prædicare, absolvere, exomologoses andiro, *c. nova.*
10. de pœnit. & remiss. *can. 17. mulierem. 33. qu. 5.*

Possunt tamen, si sint idoneæ, eligi in beneficiis mulierum monialium administrationem, nihilque ordinis Clericalis habentibus, nullum ejus munus exigentibus: ut in Abbatibus, Prioribus, & aliis mulierum monasteriorum. *c. indemnitatis 43. de elect. in 6. c. causam qua. 8. cod.*

Secundus prohibentur eligi; qui personæ alicui laicæ ad ratiocinia sunt obligati: ut procuratores, actores, executores, tutores, curatores, & similes. *c. un. de oblig. ad ratiocin. ord. vel non. c. un. dist. 43.*

Tertius; Ecclesiæ vacanti dati custodes vel administratores. *Gloss.*
1. ad verbum constitutum. in can. constitutum. 22. & ibi text. 7. qu. 1. Ne detur malignè aliquid agendi occasio.

Primum nam de Prælati Ecclesiæ agatur Electione, debet suo *Pastore* ³²
esse illa viduata, *Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 18.* vel per
mortem Episcopi, *c. factus. in princ. c. Novatianus. c. scire. c. denig. 7.*
qu. 1. vel ob culpam ejus, remotionem, *in princ. vers. nisi forte in. 7. qu. 1.*
vel renuntiationem validam, *c. ult. derentur.* vel ad Ecclesiæ aliam
transitionem, *c. mutationes. 34. can. 34. Episcopus. 7. qu. 1.* vel religio-
nis ingressum. *c. temporis. 44. §. item cum. c. seq. d. caus. qu. 1.* Quando-
quidem beneficium justi Possessoris dari non possit alteri. *c. 2. & 3. de*
concess. præbend. Nè detur occasio desiderandi mortem ejus, in cuius
quis noverit se successurum locum, fac. *l. fin. C. de pact. l. pactum dotat.*
C. de collat.

Hinc consensus possessoris non vacantis beneficii collationem
non juvat; *c. quod autem. de jure patron.* atque institutus in viventis be-
neficio scienter, deponitur. *c. 1. de concess. præbend.* privatur & Sacerdo-
tio, & repellitur ab omnim ministerio Ecclesiastico is, qui se ordinari pos-
sus est in successorem Vivo, *can. 7. in primis. 2. qu. 1.* dicitur & fur &
latro. *can. non furem. 7. qu. 1. can. 1. 3. 5. & can. sicut vir. & can. præsen-*
tium. 7. qu. 1. Itaque Prælato ægrotante non possunt, etiamsi despera-
retur de salute Ejus, Canonici vel Electores alii, tractare de Electione.
can. obeuntibus. dist. 63. Panorm. in c. bone in 2. 26. num. 2. 11. 12. de elect.

33 Est ergo post *Prælati mortem* agendum de Electione, & sepultura ejus exspectanda de honestate. *c. bona memoria. 36. in 2. de elec. & exspectandus tertius depositionis ejus dies. c. 7. nullus. in 2. dist. 79.* Putavi de honestate. Nam Electio intra eos facta, nihilominus valet. *Gloss. & Panorm. num. 11. in d. c. bona memoria. in 2.* Quia *ut notant ibid. Panorm. & Hostiens.* tres menses, ad eligendum Prælatum dati, currunt ab ultimi Prælati hora mortis: Cum ergo non valenti agere non currat Praescriptio, dicti dies non sunt exspectandi. *l. 1. §. fin. C. de annal. except. l. 1. §. fin. C. de bonis matern. c. 3. in fin. 8. qu. 1.* Nec adversatur *d. c. bona memoria.* Quia ibi non sola irrita electionis causa fuit contemptus sepulturae Prælati; sed & unius ex Electoribus non vocati. Nec adversatur; *d. can. nullus.* Quia is est Bonifacii III. cuius hoc & alia decreta una cum vita fuere extincta: *teste Platina in ejus vita.* Et quidem cum ratione summa: Acceleranda enim quandoque Electio, ut evitetur tumultuandi occasio; nec non vocum Electorum, pecuniâ, gratiâ, amore, corruptio: *Petr. Greg. d. cap. 13. num. 5. Zabarella. ad c. quia propter. notab. 5. de elec. Panorm. & Hostiens. ad d. c. bona memoria. in 2.* Accedit; quod, (cum argumentum à matrimonio corporali ad spirituale procedat; *c. inter corporalia. 2. de translat. Episcop.*) ut marito mortuo statim vidua est solura & alii nubere impunè possit; *c. pen. & ult. de secund. nupt.* sic & mortuo Prælato, Ecclesia, ejus sponsa, statim alteri conjungi impunè posse debeat. *Petr. Gregor. d. loc. & num.*

34 Facienda *Electio* intra *tres menses*; nisi justum obster impedimentum; *c. ult. de elec.* alias Jus eligendi amittitur, & ad Superiorem devolvitur: *c. nè pro defectu. 41. de elec. c. postquam. dist. 50. can. obeuntibus. dist. 63.* Licet olim devolveretur ad Summum Pontificem: *c. dilectus. de concess. præbend.* Qui Superior intra *tres alios menses* Prælatum eligere debet, & quidem ex ipsa vacante Ecclesia, si in ea inveniat dignum; si non, ex alia; *d. c. ne pro defectu;* coque negligente devolvitur *Electio* ad Superiorem alium; & sic gradatim usque ad Papam: *d. c. nè pro defectu.*

Ad quem Eligendi Jus, si Canonici negligentes sint ab Archi-
Episco-

Episcopi Jurisdictione exempti, ac Pontifici immediatè subiecti, devolvitur statim. c. licet. de supplen. neglig. Pral.

Quod etiam obtinet in Præfecturis, & aliis Dignitatibus regularibus exemptis, per electionem dari consuetis. Clem. 1. de eod.

In aliis beneficiis tam Electivis, quam Prælaturis, & minoribus, dantur ex Concilio Lateranensi, ad eligendum vel conferendum menses sex. c. nulla. 2. de concess. prab. c. de multa. §. 1. de præbend. c. licet. de suppl. negl. Pralat. Compostell. ad d. c. ne pro dilecta.

Menses Electioni facienda concessæ currunt à die mortis Pastoris. 35
Gloss. ad d. can. postquam. dist. 50. aut, ut volunt Innoc. & Panorm. ad c. bone memoria. num. II. ab hora mortis & vacationis scientia.

Computantur & ideo tres mensessicut à die mortis posterioris Pastoris, ita & à die renuntiationis, translationis, seu ipsius amotionis; si quidem sciat dies; Ignorantibus enim non currit negligentie præscriptio. Boer. ad consuetud. Byturg. §. 1. de confusud. retractus. ut & non sex mensium tempus. c. licet. de suppl. negl. Pralat. Mandagotus de elect. novor. Pralat. parte 1. cap. 1. & 3. Nisi à vacationis tempore, dicat constitutum tempus currere. c. statutum. 3. & ibi Gloss. verb. numerandum. de præbend. in 6. Nisi, non in odium negligentis; c. quia diversitatem. de concess. præbend. sed in favorem Ecclesiæ, nè ea vacet diu, tempus sit adjectum. Vide Panorm. in repetit. c. cum esses. de testament. fac. c. placuit. ibi à die conventionis. 16. qu. 3. l. eos. ibi à die condemnacionis. C. de usur. rei jud. l. in doribus. C. de dote causa non numer. ibi à morte mariti vel mulieris. Vel missionis repudii. Petr. Gregor. d. tract. cap. 13. num. 10.

Quomodo & quot mensum computandi sint dies, non convenit 37
inter Canonistas: Vid. c. quam fit. 6. & ibi Gloss. de elect. in 6. Mandagotus, d. loco. Calendari ordinem servandum esse judicat. Ante finem temporis fieri electionem suadet Petr. Gregor. d. loc. num. 12.

Non computatur in trimestris temporis vel semestris lapsu, tempus legitimu impedimenti Electorum. d. c. nè pro defectu. ibi iusto impedimento cessante. de electione. & c. quia diversitatem. de collat. præbend. can. constitutum. 7. qu. 1. can. 13. de Syracusana. dist. 2 8. Archid. in c. bene not. dist. 61. modò hi non simul sint negligentes. c. fin. de electione.

Mor-

38 Mortuo & sepulture tradito Pr. clato, debent Electores, scilicet, qui de Ecclesia viduata, cui Praelatus queritur, sunt Collegio (Nam ad hos de Jure Decretalium spectat Electio. c. 1. &c. cum terra. 14. de elect.) convenire in Capitulo, Electionis statuere diem, eamque absentibus nuntiare per literas, commodum Electioni designare locum; (Qui locus plerumque est Capitulum, c. in caussis. 30. eod. vel Ecclesia chorus, vel alius honestus & secundum consuetudinem decens, modo non sit clandestinus; Nam Electiones clandestinas reprobat Papa. c. quod propter. 42. §. electiones. eod.) Quod si de loco inter Canonicos conveniri non possit, eligi is debet per sortem: licet ipsa Electio per cam fieri nequeat. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 655. num. 43. Vallenf. in parat. Decret. tit. de elect. §. quando fac sit Elect. num. 2.

39 Oportet omnes, qui eligendi habent Jus, sive de jure communi, sive ex privilegio vel pacto, sive ex præscriptione, vocari & citari legitimate; ut interfici Electioni; si modo vocari & exspectari possint abique Ecclesia periculo: alioquin non valer Electio; cap. bona. 36. eod. nisi non citatus malit aliorum accedere Electioni, illamque etiam ex post facto habere ratam; c. quod scint. 28. c. coram dilecto. 35. eod. vel consuetudine obtineat, ne vocentur absentes. Vallenf. d. loc. num. 3.

40 Est Citatio facienda singulariter & personaliter, si sciatur, ubi degant, & possit fieri commode & sine periculo: c. cum olim. ubi Gloss. verb. Hibernia. de dolo & contum. c. venerabilem. eod. per literas scilicet vel nuntium; nisi de consuetudine servetur aliud: s. quia proper in princ. de elect. c. coram. eod. Rebuff. ad l. absentem. 233. vers. ad hæc ff. de verb. signif. Castellin. de elect. cap. 8. num. 7.

41 Qued si, ubi communorentur, nesciatur, facienda erit Citatio per Edictum publicum in Ecclesia, vel ubi commorari sunt soliti, vel Citatoris Capituli literæ legende & Capitulo & Clero presente; ut in c. fin. de eo qui mitt. in possess. causa rei serv. vel si inveneri non potest cirandus, in ejus domo facienda citatio: c. causam. c. venerabilis. de dolo & contum. Cuch. tit. de elect. num. 58. cum seqq. si non habeat, ibi, ubi habitare consuevit, l. 4. §. prater. ff. de damno inf. vel in ejus Ecclesia seu beneficio: c. fin. de dolo & contum. c. ex tua. de cleric. non resident. Quia præsumitur ibi facere

cere residentiam. *Mascard.* de probat. concl. 1271. num. 1. *Gonzalez.* ad reg. 8. *Cancell. Gloss.* 15. §. 2. num. 30.

Vocatis intra terminum competentem assignatum non comparentibus, de cetero non sunt exspectandi; c. cum inter 18. & seq. de elect. *De Peiriniis de privileg. Regular.* tom. 3. in additam. cap. 3. num. 13.

Quod si quis vocatus & citatus legitimè, ob justum impedimentum (jurejurando, si opus, affirmandum. c. quia propter. 42. §. illud autem. de elect.) interest nequeat Electioni; licet suffragium suum nequeat conferre per literas; quia non ante electionem, sed in electione ipsa, singulorum vota sunt secretè & sigillatim expromenda, c. si quis iusto. §. absens. de elect. in 6. potest tamen per procuratorem unum vel plures, votum praetare in Electione. c. si quis. in princ. de elect. in 6. *Sigismund.* à Bonon. de elect. dub. 14. in princ.

Si plures fuerint constituti *Procuratores*, non admittuntur aliter⁴³ quam si singuli sint constituti in solidum; qui si simul ad votum praefundum concurrerint, præoccupantis erit melior conditio: at nullo præoccupante, admittendus est is, qui primò nominatus fuerit in instrumento procuratorio: c. quis. iusto. 46. in princ. vers. is qui primò. *Tyraquel.* de jure primogen. qu. 17. in sex opin. num. 5. Censemur enim ultimi in priorum locum nominati: *Monach. decif. Lucens.* 64. num. 39. vel datà in omnibus paritate, quem Capitulum admittere voluerit. *Barbosá lib. 1. de jur. Eccles. de Elect. Pralat.* cap. 19. num. 102.

Duo Procuratoribus in solidum ad eligendum constitutis, electione semel facta, consumitur Electio, nec variare possunt. *Gloss. verb. elegerit.* in d. c. si quis iusto. *Tyraquel.* in l. boves. §. hoc sermone. num. 63. ff. de verb. signif.

Duo Procuratores qui in diversis instrumentis, eodem die confitis, dati; si non appareat, quis ex illis sit revocatus, se confundunt mutuò: *Gloss. verb. nominatus.* vers. quid si non appareat. in d. c. si quis iusto. *Boer. decif. 311.* num. 1. *Steph. Gratian. disceptat. forens.* cap. 95. num. 5. & sibi imputet constituens absens, si am indiscratam procuratoris constitutionem. *Petr. Greg. de elect.* cap. 6. num. 10.

Constitui debet Procurator unus de Collegio. d. c. quia propter. §. illud. de elect. *Tambur. de Jure Abbat.* tom. 1. diff. 5. qu. 3. num. 2. non potest

test extraneus, nisi Capitulo consentiente. *Abbas ad d.c. quia propter. §. illud. num. 2.*

44 Procurator ex ipso Collegio constitutus, quem suo elegit nomine, eum & vice Domini constituentis eum, eligere debet; nisi speciali mandato Domini ei, quem ejus nomine eligere debeat, sit præscriptum. *d.c. s. justo. 46. §. porrò de elect. in 6.* Quod per Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regular. cap. 6.* quantum ad Regularium electionem, videtur correctum; & per Sacram Congregationem ibid. expressè vetatum. *Garc. de benefic. parte 5. cap. 4. num. 200.*

45 Celebratur Electio, per Scrutinium, Compromissum, Inspirationem; c. quia propter. de elect. Compromissum mixtum. c. cum expedit. 29. eod. in 6. Qui contra dictas & prescriptas formas eligunt, eligendi potestate privantur eâ vice, non ipso iure, sed per sententiam. *d.c. quia propter. in fin. princ. c. Cumana. 5. 8. ubi Gloss. fin. de elect. c. quanquam. eod. in 6.*

46 Electio per Scrutinium. (Quæ difficilis est & frequentior) fieri dicitur, inquit Pontifex, cum presentibus omnibus qui debent, & volunt, & possunt, commode interesse, ad sumuntur tres de Collegio, fide digni, qui secreta, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox in communis publicent; nullo prorsus appellationis obstatulo interjecto; ut is, collatione votorum inter se facta, eligatur, in quem omnes, vel major & senior Capituli pars, consentit. c. in Nomine Domini §. eligatur, verb. fieri in urbe. *dist. 2. 3. c. publicato. 5. 8. c. quia propter. 42. in princ. & fin. ubi Gloss. eod.*

Agitur in dictis Pontificis verbis; 1. De coordinatione aut constitutione Scrutatorum, ut vocantur in d. Cumana. 2. De Eorum officio. 3. De suffragiorum facienda Collatione. 4. De celebranda electione.

Ad Scrutatorum requiritur ordinationem:

47 Primo, utili ordinentur Scrutatores, presentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse: ut habent d. c. quia propter. 24. verba. Dicit Pontifex qui debent interesse: Quia omnes quibus competit Jus suffragiorum ad electionem faciendam sunt vocandi: c. bone memoria. 23. & c. quod sicut. 28. eod. Nam vel uno omisso poterit, ut supradiximus, infirmari Electio. dd. cc. Addit Pontifex, & volunt; Nam si vocati ad Electionem non veniunt, vel quianon possint, vel quia

quia venire nolunt, Electionem, ipsorum non impedit absentia. d.c.
quod sicut. &c. cum nobis. 19. eod. Deniq; ait Pontifex, & possunt commo-
de interesse; Quibus verbis innuit; si commode & sine periculo non
possunt vocari, quod vocandi non sint. d.c. quod sicut. 28. Gloss. in d.c.
quia propter. 42.

Secundò requiritur; Ut Scrutatores ordinentur à Collegio, d.c. in
verbo assumuntur; Non enim Ipsi debent se ingerere; quia redderent se
suspectos. l. que omnia. 25. ff. de procurat. & defensor. ut resolvunt Lavor.
variar. lucubrat. tom. I. tit. 4. cap. 13. num. 45. Tamburin. de Jurisdict.
Abbat. tom. I. disp. 5. qu. 6. num. 4. Licet hoc sumptum indistinctè, si
Panormitanus in d.c. quia propter. credimus, non careat dubio.

Tertiò requiritur; Ut Scrutatores præcisè ordinentur tres; d.c.
ibi: assumuntur tres; non pauciores; Est enim sententia Canonistarum
communis, Electionem alias factam esse nullam: add.c. quia propter.
Abb. nam. 13. vers. tertium substantiale. Imol. num. 7. Innoc. num. 4. Bald.
num. 31. Joan. Andr. num. 3. vers. assumuntur. Butr. 22. vers. dicitur sex-
tò. Hostiens. num. 17. & 43. Cardin. num. 3. qu. 13. Anchar. col. 1. in fin.
nec ab ea, five in consulendo, five judicando, recedendum; secund.
Rebuff. super concord. tit. de Regia ad Prælat. nomin. faciend. §. ult. verb.
formam. vers. tres. Franc. Marc. decisi. 1201. Sylvest. in summa. verb. Elec-
tio. 2. num. 12. vers. tertium. Fr. Emanuel. Question. regulari. tom. 2. qu.
51. art. 2. Tamburin. d. disp. 5. qu. 6. num. 5. Lavor. d. tit. 4. cap. 19. num.
46. alioſg. citatos per Barboſ. d. lib. & cap. num. 185. Ratio ejus est; ut
Tres facilius convenient & fidelius negotium tractent: Hostiens. in sum.
de elect.

Quartò & ultimò requiritur; Ut Scrutatores isti sint fide digni;
arg. l. int̄ testimoniis. 2. ff. de testib. (quod præsumitur; cap. ult. & ibi Ca-
nonista de præsumption.) atque de collegio; intellige Eligentium, non
vero Ecclesiæ vacantis. Abbas ad d.c. cap. quia propter. 42. num. 13. alias
Electione est nulla: ut colligitur ex d.c. quia propter. ubi dicitur expreſſe,
quod hitres sint de Collegio, & subditur postea electionem aliter fa-
ctam non valere: & ideo ita tenent in eod. c. quia propter. Abb. num. 13.
vers. quartum substantiale. Imol. num. 8. Joann. Andr. num. 11. Butr. num.

2.2. vers. dicitur septim. Hostiens. num. 25. & 43. Cardin. num. 3. qu. 12.
aliq. alleg. per Barbos. d. lib. & cap. num. 186.

Glossa tamen ad d.c. quia propter. verbo senior. vult numerum ternarium Scrutatorum non esse de substantia Electionis: & d.c. quia propter; forma substantialia non accipere à verbis illis assumantur tres de Collegio; sed à verbis immediate sequentibus; qui secrè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant; Glossam sequuntur Vincentius, Tancredus, Mandagot. de elect. cap. 23. in verb. irritari: sed cum ea errant: Barbosa d. loc. num. 188. Nec regula utile, de æg. jur. in 6. locum hic habet; nam cessar, cum aliquid inducitur pro forma substantiali, prout est quod tres tantum eligantur Scrutatores de Collegio; nam cum forma sit individua, utile per inutile vitatur. Decian. conf. 532. num. 5. Mandos. reg. 27. qu. 24. num. 10. Gutier. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 114.

48 Questionis est; utrum introduci possit de consuetudine, ut in electione aliqui interveniant extra collegium, eligible possint Scrutatores. Quod nos cum Cardinali, qu. 12. in princ. in d.c. quia propter. Speculator, de elect. §. 1. num. 12. Boërio ad Mandogot. de elect. cap. 23. lit. R. ver. addit. Affirmamus, modo illi de consuetudine vocem habeant legitimè præscriptam; cum tum non habeantur plane pro extraneis: Alias Negamus; quia non observanda est, contraveniens dispositioni d.c. quia propter: ut potè quælex est Papæ, quæ abrogari non potest absque ipsius scientia: Nam ad introducendam contra canones consuetudinem requiritur scientia non tantum, sed expressus Papæ consensus; quantoque etiam temporis spatio fuerit servata. Archidiac. incum de beneficio. num. 2. circamed. vers. nam & ibi notat. de præbend. in 6. utr. Joan. Andr. post print. Gemin. num. 6. Frant. num. 3. & 4. Ratio est, Quianon haber Summus Pontifex potestatem à Populo, sed immediate à DEO, ideoque non Populus, sed auctoritas Papæ permittens inducit consuetudinem. Abb. in c. fin. num. 8. in fin. de consuet. Accedit Quod, d.c. quia propter irritans habeat decretum, quod omnem tollit consuetudinem in contrarium Boër. decif. 1. num. 49. & 50. vide Barbos. d. loc. num. 191. cum seqq.

Tan-

Tantum de Scrutatorum ordinatione. Sequitur Scrutatorum officium; quod consistit in sequentibus:

Primò; Exquirere debent diligenter cunctorum eligentium vota: d.c. quia propter. 42.

Exquirere ex parte Scrutatorum significat; ut exquirant per se & ore proprio; adhibitis quibusdam verbis (quod tamen non ita de substantia, ut ipsorum propria inquisitio; Specul. de elec. §. I. num. 17. quem sequuntur Bertachin. de Episcopo lib. 2. p. 1. num. 2. Butr. num. 25. Abb. num. 4. vers. nota etiam. Innoc. num. 6. in d.c. quia propter.) monitoriis, putat adjuvare debent vota daturos, per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, in animæ sua periculum, ut secundum DEum & conscientiam suam, in eum vota dirigant sua, quem putabunt Ecclesiæ utillem, & idoneum magis: Eaque adjuratio vim habet juramenti; can. si quis Presbyter. 2. qu. 5. c. constitutus. il. 2. de appellat. Ex parte Electorum exquirere significat: quod sua non possint in scriptis dare vota: Boer. decis. I. num. 25. Roman. singul. 801. ubi additio.

In exquirendo Scrutatores (incipiendo, ad vitandas fraudes, à personis propriis) uti oportet prædicti hæc; ut ex tribus duo, votum in primis scrutentur tertii; deinceps inquisito voto, is à quo datum votum, cum alio votum inquiret secundi; postea duo inquisiti, tertii exquirant sententiam: si scrutatores sint duo, unus alterius vicissim exquireret votum: Innoc. ad d.c. quia propter, num. 4. ibid. Abbas num. 9. vers. quartu[m] quaritur. Joan. Andr. num. 8. Butr. num. 26. Hofiens. num. 43. vers. sed quis inquirit.

Postscrutatorum vota inquisita, exigitur ab eo qui præfet vel præsidet Capitulo, votum; deinde secundum prærogativam & dignitatis gradum ab aliis: & si in eadem dignitate existant plures, secundum antiquitatem vel receptionis ordinem; nisi alia consuetudo fuerit in aliis electionibus observata; quæ erit sequenda in Ecclesia qualibet. Innoc. in c. 2. de novi oper. nunc. Panorm. in c. nobis. c. auditio. de elect. & iidem in c. I. de major. & obed. Petr. Gregor. de elec. cap. 16. num. 6.

Vota daturi diligenter interrogari debent, quare consentiant in eum quem nominant, quove zelo, ob qua merita; & denominati qualitate. Panorm. & Joan. Andr. ad d.c. quia propter. Nam in casu hoc, non

sufficit conscientia bona & pura, sed requiritur secundum DEum informata. *ut in c. non solum de Regul. in 6.*

Cunctorum vota sunt exquirenda; Uno igitur eligentium præterito non valet Electio. Forma enim non servata in una parte actus, vitiat actum totum: quia est individuus. *Bald. in l. certi 9. ff. de reb. credit. Joan. Andr. col. 3. & 5. Hofiens. Panorm. ad d. c. quia proper. Specul. de elec. §. I. vers. si ergo viam. Petr. de Biass. in suo direct. de elec. part. 3. cap. 27. num. 1. & 2.*

Secundò ut quisquis liberius possit dicere votum suum, d. c. quia proper. vers. secretè. exquirenda sunt vota secretè; d. loco, id est, secundum Innoc. & Panorm. seorsim ab aliis de Collegio. Ludov. à Miranda. in man. Pralat. tom. 2. qu. 23. art. 29. concl. unica. vers. quinto.

Quod fieri potest dupliciter; *Primo modò, si singuli Electores votum suum viva voce coram Scrutatoribus proferant, illudque horum aliquis scribat;* Qui modus servandus. *secund. Boer. decis. num. 35. Cucc. in Inst. Jur. Canon. major. lib. 4. de elec. num. 222. Sigism. à Bonon. d. tract. dub. 27. num. 10. Garciam. de benef. part. 5. cap. 4. num. 189. Secundò modò, si quisquis eligentium votum suum deferat in schedula scriptum:* ad eo urne nec ipsis Scrutatoribus fiat notum. *Lavor. d. rit. 4. cap. 19. num. 75.* Et hic modus magis videtur conveniens. *Barbos. d. cap. 19. num. 204.*

Debent tertio omnium vota exquiri *sigillatim;* Non enim debent audiri bini vel terni, sed seorsim, vel per se separatim singuli. *d. c. quin proper. 42. ibi sigillatim. & arg. c. venerabilis: 52. de testib. & attest. Ludov. Mirand. d. conclus. un. Sylvest. in sum. verb. Electio. in 1. num. qu. 5. Sigism. à Bonon. d. tract. dub. 26. num. 1.*

Quarto vota sigillatim exquisita redigi debent in scriptis; d. c. quia proper. ibi. & in scriptis redacta. & ibid. Panorm. num. 6. Butr. num. 27. Joan. Andr. num. 19. Hofiens. num. 31. Innoc. num. 6. Imola. num. 5. sive per Scrutatores singulos, sive ex aliorum consensu per unum ex ipsis, sive per Tabellionem cum illis adhibitum. Joan. Andr. & Panorm. ad c. quia diversitatem. de elec. sive per alios duos viros loco Tabellionis absentis additos. c. quoniam contra. II. de probation. fac. c. tertio loco 5. eod.

Fit

Fithoc ad certiorem caussam, & nè fiat variationi locus, ad faci-
liorem gestorum probationem, & memoriam rei perpetuam. *Ludov.*
à *Miranda.* d. concl. un. art. 29. vers. octavo. *Lavor.* d. cap. 29. num. 81.
ctfi substantia actus non pendeat ex scriptura. l. cum res. C. de probat. l.
contrahitur. ff. de pignor. l. a. C. de fide instrum. l. jubemus. §. sed ne aliqua.
C. de testam. l. pacatum quod bona. 17. C. de pacē. Nec in hoc derogatum
est dispositioni d. c. quia propter per Concilium Trident. sess. 5. de Regular.
cap. 6. quatenus vult omnium Regularium electiones debere fieri per
vota secreta. *Barbos.* d. cap. num. 213.

Quartò debent Scrutatores vota, postquam sunt in scriptis reda-
cta; mox est, in continent, actu nullo interveniente extraneo, pu-
blicare in communi: d. c. quia propter. in verbis. Et in scriptis redacta:
Sylvester in sum. d. voce *Electio.* 2. qu. 10. *Ludov. Miranda.* d. quæst. 23.
art. 29. concl. unica vers. decimò. Quæ dictio *Mox* verificatur etiam
in tempore modico, arbitrio boni viri ad ipsius rei substantias habito
respectu, judicando. *Lavor.* d. tit. 4. cap. 19. num. 84-

Vota dicuntur publicari in communi, quando integer eorum nu-
merus profertur publicè quoad Congregationem Capituli totam, non
exprimendo quorum fuerint data in favorem, vel quot ex Electoribus
descenderent in hanc vel illam personam, sed explicando tantum per-
sonarum, quæ tulerunt suffragium, numerum. *Tamburin.* d. disput. 5.
qu. 6. num. 12.

Publicato ita scrutinio variare nequeunt Electores; quia sunt
functi sunt officio suo: c. publicato. 58. ibid. *Gloss.* verb. variare. & *Abbas.* num.
2. & 3. de elect. *Sylvest.* in sum. verb. *electio.* 2. qu. 7. & qui ares desit esse
integra. c. in caussis. 30. c. Ecclesia vestra. 48. eod. Ratio; Quod nemo
possit mutare consilium in alterius prejudicium; l. nemo. 75. ff. de di-
vers. reg. jur. mutatio autem sic Ecclesia esset damnoña, propter peri-
culum in mora eligendi Pastorem, si esset proroganda & retractanda
Electio. r. cum inter universas. 18. de elect.

Post scrutinii publicationem, fieri debet statim in communi *Col-
latio:* d. c. quia propter. quæ si omittatur, electio efficitur nulla. d. c. *Cis-
mana.* 50. d. c. publicato. 50.

Debet

Debet fieri, ut appareat, quis fuerit à majori & seniori parte eligendum electus.

Facienda numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum collatio, si contingat, ut fieri solet, Electorum voces indiversas dividit sententias. c. Genesi. 55. eod.

Major pars Eligentium consideratur hic, non quæ prævaleat, singularium personarum quæ eligunt numeri ratione habitu; veluti si ex viginti Eligentibus, unum elegant sex, alii sex altura, octo aliud, in quo numero, octo qui eligunt unum, videntur in majori esse numero, quam sex qui elegerunt duos, & ita à majori parte diceretur secundum hanc rationem electus ab octo, quam duo alii Electi quorum quilibet haberet tantum voces sex; sed à majori parte dicerur Electus is qui à majori numero est electus, habita totius numeri eligentium ratione, ut si à duodecim è viginti sit Electus. d.c. Genesi &c. Ecclesia vestra. 48. eod. Petr. Gregor. d. cap. num. 13, Abb. & alii comm. ad d.c. Ecclesia vestra. Gloss. verb. constitutum, in c. omnes. de confuetud. & ibi Felin. num. 20. Roch. de jur. patronat. verbo honorificum. qu. 58.

Zeli ad zelum fit Collatio, quando eligentium expenduntur intentiones: Sic enim accipitur hic ζελός; alias Græcis usurpatur, Budæ in comment. lingua Græca τέλος, pro invidia, amulatione, imitatione, stimulo ad quid faciendum, pro ardentí quid agendi studio.

An bonus, ac malus Eligentium fuerit Zelus, (cum is pendeat ab intentione eorum patente soli DEO) judicium difficile: c. erubescant. dif. 27. c. tua. de Simon. Hinc inspicuendis erit effectus & persona electa: an ea vita, moribus, doctrina, pietate & virtutibus aliis praestet, vel si inferior, sit eligentium proximus. Petr. Gregor. d. cap. num. 14.

Meritorum fit Collatio, facta inter Electos relatione, quis melior, utilior, & Ecclesiæ magis idoneus; d.c. Ecclesia vestra. 67. de elect. & excutiuntur ea, quæ adeste debere diximus pastoribus eligendis; vel quæ si absint, indignos reddant electione.

Hujus Collationis est utilitas; cum in vota plura scinduntur Eligentes. Innoc. Compostell. Panormitan. ad d.c. publicato. Dd. ad c. indemnitatibus. §. se qua verò. de elect. in 6.

Collatione superiorum uno contextu facta, is debet eligi, in quem

quem major vel senior Capituli pars consensit. c. cum post petitam. 46.
cod. d. c. quia propter. 42. f. fin.

Plures si sint Electiones, non sufficit quem à pluribus electum. 5.
quam alii, nisi pars, quæ hunc elegit, sit totius Capituli major pars. d. c.
Ecclesia vestra. 57. c. si curi. 23. de elect. in 6.

Quod si altera pars Eligentium numero, altera auctoritate & Electi
meritis excellat, neutra valerelectio; quia ut à majori & saniore parte
electus, requiritur conjunctim. d. c. *Ecclesia vestra.* 57.

Sitamen alterius partis numerus sit duplo major, ejus electio indi-
stinctè valet: c. si quando. 9. de elect. in 6. dummodo electus sùidoneus;
si non, confirmabitur Electio personæ idoneæ, à minori parte facta. c.
dudum. 22. cod.

Eligentium votis æ qualiter in duas partes se dividentibus; Me-
tropolitani judicio preferendus ille, qui majoribus juvatur studiis ac
meritis. can. si forte. dist. 63. *Glossa in can. obecuntibus.* 35. §. nunc. primo
quaritur. post med. vers. sed quid. dist. ead. & in d. c. *Ecclesia vestra.* 67.
verb. non consenserit. pacl. med. vers. sed quid. de elect. & ibi *Butrig.* n. 25.
Innoc. in c. cum in jure. 33. num. 2. de elect. in 6. *Hofstiens.* in c. venera-
bilem. 34. de elect. vide *Barbos.* d. loc. 224. per tot.

In paritate votorum & meritorum gratificationi est locus: *Gloss.* 51
in verb. non consenserit. post med. vers. in casu isto. in d. c. *Ecclesia vestra.* 67.
C. in verbo favere. in c. venerabilem. 34. de elect. putate. Pape, aut Super-
ioris ad quem electio est devoluta: *Abb.* in d. c. *Ecclesia vestra.* num. 13.
in fin. vers. dicit tamen quod superior. *Tyraquel.* de jure primogen. qu.
17. opin. 2. num. 7. vers. at se iterum. *Sigismund.* à Bononia. de elect. dub.
45. num. 9. vers. vel idem sequitur.

Denique publicationem scrutinii & collationem habitam sequi de-
bet Electio: d. c. quia propter. verb. eligatur. d. c. *Ecclesia vestra.* 48. d. c.
in Genes. 55. d. c. publicato. 58. quæ esset communis, non singularis,
nè vel idem videretur repeti, vel ex hoc sequeretur absurditas, ut quot
essent eligentes, tot essent electiones. d. c. in Genes.

Debet ista Electio pronuntiari expressa & clara voce; (Nec enim, 2
sufficit aliquis actus eligentium, qui importet Electionem. d. c. *Ecclesia
vestra.* ubi Panorm. num. 5. Cucch. in Instit. Canon. major. lib. 4. tit. hoc.

num. 276.) per unum à Capitulo ordinatum; c. sicut. 21. de elect. loquentem in numero singulari: *Ego nomine totius Capituli te eligo. Abb. add. e. in Genes. & Vivian. ad d. c. sicut. 21. in Rational. Juris Pontif. alleg. Archidiacon.*

53 Hisce omnibus peractis ficit *Electio* in scriptis per aliquem Notarium *decretum*, continens Eligentium nomina, aslensus & subscriptio-nes singulorum, Electi nomen & dignitatis titulum, cum scrutinio & voti publicatione, collatione & electione & sigillo Capituli. Quod tamen non est de *Electio* forma; cum Scrutatores possint, etiam per literas fidem facere. *Gloss. in verbo subscriptionibus. in can. Episcop. dist. 61. Hoftiensis Abbas. in c. innuit. 20. num. 16. de elect.*

Solent etiam Electores, post completam & publicatam *Electio-* *nen*, gratias agere DEO: ideoque cantare canticum; *Te Deum laudamus. &c.* solemitter; sed hujus omissionis non vitiat *Electio*. secund. *Mandagot. 1 parte de elect. cap. 35. Petr. Gregor. de elect. cap. 17. num. 38.*

Perinde in *Intronizatio* Electi, quæ secundum consuetudinem fieri solet; *can. in nomine Domini. dist. 23.* si omittatur, non annullat *Electio*. *dicti Dd. dd. locis.*

54 Hactenus de *Electio* quæ sit per *Scrutinium*, sequitur de ea quæ per *Compromissum*, nec non quæ per *Inspirationem*.

Per *Compromissum*, sit *Electio*; cum eligendi potestas uni; c. cau-*sam. 8. de elect. vel duobus, vel pluribus, viris idoneis, c. in causis. 30. c. cum in jure. 33. c. cum in veteri. 52. cod. sive de collegio, d. in causis. d. c. cum in jure. d. c. cum in veteri. sive extra Collegium, d. c. causam, ab omnibus qui jus eligendi habent; *Abb. in d. c. quia propter. §. vel saltem. num. 2. cod. committitur;* qui vice omnium vel loco vacanti prospiciant; vel alios, qui hoc faciant, elegant. *d. c. in causis.**

Electio à maiore parte corum, in quos *compromissum*, celebra-ta, & mandata formâ ad tingueni, ut fieri debet, servatâ, electus re-cusari non potest. *c. cum dilectus. 32. ubi Abb. cod.*

Ita tamen se *Compromissum* nemine discrepante; *Abb. in d. c. quia propter. §. vel saltem.* & ante *Electio* sit factum; post factum in præ-judicium Electi, laudumque secutum non nocbit *Electo.* *d. c. cum in-ter canonicos. 21. cod.*

Dixi

Dixi nemine discrepante; Licet enim in explicandis aliis Collegii negotiis, consensus sufficiat partis majoris; tamen in compromittendo omnium requiritur consensus; adeo ut dissensus unius impedit Compromissum: d.c. quia propter ibi: qui vice omnium. & ibid. Abb. Nam cum Compromissum sit voluntarium, debet recipi ab omni bus, juxta regul. quod omnes. de reg. jur. in 6.

Postulunt Compromissarii eligere unum ex scipis, idque non solum, quando eis hoc conceditur expressè; d.c. cum in jure. c. fin. de sortileg. fed etiam quando simpliciter data eis eligendi potestas: Abb. d.c. cum in jure. num. 4. Et non tenentur, in facienda electione ullam scrutinii servare formam; d.c. quia propter. S. vel saltē. quā diētā indicat formam compromissi esse subisdariam, & ibi Gloss. & Panorm. & Dd. nūl, si Compromissarii plures, quod per unum pronuntianda est communis Elec̄tio, per verba numeri singularis.

Si Capitulum, intendens Compromissarii facere gratiam, dederit eis, potestatem, non potest, etiam re integrâ, revocare eam, cum sit quædam donatio: l. sive emancipatus. 17. C. de donation. sin simpliciter negotiū provisionis expedire intendebat, potest revocare re integra, ad instar mandati, non si res desiri esse integra. d.c. in cauſis. & ibi Gloss. in verb. cum res non esset. & ibid. Joan. Andr. num. 34. & 38. Panorm. num. 11. & 12. Licet hoc, soluto interesse, in profanis sit licitum, l. si pecuniam. 5. ff. de condic̄t. cauſ. data. Quia spiritualia veram non recipiunt affirmationem. c. coram. & ibi Gloss. in verb. abs gliteris. de offic. & potest deleg.

Compromissario, etiam si sit donatarius, Franc. post Joan. Andr. in c. si Compromissarius. 37. post num. 3. vers. & dicit hic. Joan. Andr. de elect. in 6. eligere intra tempus statutum negligente, providendi potestas devolvitur ad Superiorem, sibique impudent Compromittentes. d.c. si compromissarius. 37. in princ.

Si is eligat, sive scienter, sive ignoranter, indignum, cum suo functus sit officio, potestas eligendi revertitur liberè ad Compromittentes, etiam si sint plures Compromissarii, & major pars indignum eligat scienter, & minor eligat dignum. Joan. Andr. in d.c. si Compromissarius. num. 1. & ibid. Gemin. num. 4. Butr. num. 3. Nisi Compromissarii

ratam habuerint electionem talem. Quod & obtinet, cum electus idoneus, sed consentire nolens. d. c. si Compromissarius. §. I.

59 Accedit aliquando formulæ Compromissi formula Scrutinii, seu Scrutinium, ut & supra tit. de Electione Papæ diximus. Denominatio tamen manet Compromissi.

Quam formulam meliorem opinatur Glossa, in c. cum expedit. 29. hic. eo quod Canonici jus suum eligendi liberum transferre nolint per Compromissum in alium; grave vero sit procedere per solum Scrutinium; neque eam sequi formam possint omnes.

In qua forma composita, Compromissi verba concipiuntur ita, ut Compromissarii eligeant teneantur eum, in quem confererit major & senior Capituli pars; nec enim dicitur ibi major eligentium pars, sed capituli. Nam si ex quindecim Canonicis vel Collegiatis de Capitulo sex suffragia scrutinii pro eligendo uno dent, quinque pro altero: tres pro alio: unus pro alio: Comptomissarii eligere non possunt eum, in quem: conferunt sex, quamquam hi in suo electo majorem faciant numerum; quam alii in suis: quia sex non sunt Capituli pars major. Petr. Gregor. d. loc. cap. 3. num. 4.

Quare & à Compromissi forma rejicitur, si alium eligendi concedatur facultas à Capitulo; hoc modo, ut ipsi se sigillatim & secretò singulorum de Capitulo votis exquisitus, & in scripta redactus, eligat illum, in quem, comparatione minorum partium, plures consentiunt de Capitulo. o. si cui. 23. de elect. in 6.

Probatur tamen haec compromissi forma, ut Compromissarius tecum tractare ante Electionem cum aliis, & ab ipsis accipere consilium: quædata, si non servetur, erit electione nulla. o. cum olim. 7. de arbitris.

60 Per Inspirationem fit Electio, cum simul omnes Electores, quasi divino commori impulsu, statim, nullo precedente tractatu, in unius electionem consentiunt. d. c. quia propter 42. de elect.

61 Quidam subtilius distinguunt inter Electionem per Inspirationem & per quasi Inspirationem Spiritus Sancti.

Illam appellant, quando quis elegitur a DEO: Quienadmodum fertur electus D. Nicolaus ex Laico in Episcopum; B. Severus assumptus ex lanificio in Archi-Episcopum; D. Ambrosius ex catechumeno non-

no nondum baptizatus in Prælatum. c. statuimus. §. his omnibus. dist. 6. ¶.

Hanc fieri probant, modo supra relato à Nobis. Sic Apostolorum tempore electi Diaconi. Acto. 6. ab Apostolis Paulus & Barnabas, Silas & Judas, Acto. 15.

Hæc ut valeat, neccle, ut absque vitio Simoniae, conspirationis, coniurationis, requisitionis, vel consensus extra Capitulum habiti, processerit. Dd. in d. c. quia propter & c. cum post petitam. cod.

Facta Electione per has vias compromissi & inspirationis, & publicatio, & gratiarum actio, & inthronizatio, adjici solent, & communia sunt illis quæ in personis eligentium, electorum, & legitima absentium congregatio requiri notavimus.

TITULUS VII.

De Postulatione.

S U M M A R I A.

- | | | |
|--|---------|---|
| 1. Postulatio quomodo accipiatur in fure. | gratia. | 10. Fieri debet postulatio per verbum Postulo. |
| 2. Postulatio quid. | | 11. Quid si non? |
| 3. Quotuplex. | | 12. Circa Postulationis admissionem quæ consideranda. |
| 4. In solemni quæ consideranda. | | 13. Postulationis admissa quis effectus. |
| 5. Circa personas. | | 14. Non solemnis postulatio quæ. |
| 6. Formam. | | 15. Nominatio quæ. |
| 7. Quæ ejus requisita. | | 16. Quotuplex. |
| 8. Quid si postulatio currat cum Electione. | | |
| 9. Postulationis factæ admissio Superioris nititur | | |

Postulatio aliter accipitur in *Jure Civili*, aliter in *Jure Canonico*.
Ilo denotat vocationem seu Advocationem, per quam desiderium suum unusquisque, apud eum qui Juri praest, exponit, vel alterius desiderio contradicit. *I. sciendum. §. 2. ff. de postulando:* *Hoc pro uno ex modis, quibus Prælati ad Ecclesiastum regimen, ad dignitates, & beneficia, assumuntur.*

Sic accepta, est Electionis in subsidium introducta, ut si quis per Canones eligi prohibetur, saltem admittatur postulationis subsidio: *Quia gratia innititur Postulatio; Juri Eleccio. c. bona memoria. 3. in fine. & Abb. Butrio. Gloss. ad Rubr. hic.*

2 Est Postulatio (strictè sumpta, prout distinguitur ab Electione) concors, certa, & supplex Capituli vel aliorum petitio, facta apud Superiorum, ut certa aliqua persona ad Prælaturam promovatur, ad quam ob aliquod impedimentum vel defectum jure eligi non potest. *c. 1. §. postulationem. & §. pen. cod. Abb. d. loc.*

3 Non est omnis unius generis, sed duplex: *Abb. in c. quia propter. 4. 2. de elect. alia Solemnis, alia Non solemnis seu simplex.*

4 In solemnī, quam definitivus, consideranda tria; Nempe *Personae, postulandi modus, postulationis admissio.*

5 Personæ sunt triplices; aliæ quæ postulant, aliæ quæ postulantur, aliæ apud quas sit postulatio.

Postulant omnes qui habent eligendi Jus; veluti est Collegium, Capitulum; &c. *c. 1. in fin. cum seqq. hic. Hoffiens. ibid. Sylv. in sum. voce Postulatio. num. 4.*

Quæritur; An qui postularunt indignum scienter, removeantur à postulando aut eligendo? Sunt qui negant, quod hoc ipsum poenam caussa, quæ non est limanda, inductum in eligentibus indignum. Nec secundum eos, facit *c. scriptum est. 40. in fine. de elect.* Volunt enim ibi tradi casum specialem, propter eligentium concursum. Verius tamen est, poenam istam & concernere postulantes indignum, *per d. text. c. gratum. 2. hic.* Cuius consistit ratio, non in eo, quod concurrunt eligentes, sed in eo, quod postularunt indignum: ut colligitur ex *c. 1. in fin. & 2. ubi Abb. num. 3. hic.* Accedit, quod privilegium mereantur

antur amittere, qui permissa abutuntur auctoritate. c. cum illorum. 32.
in fin. de sent. excommun.

Potest instituti postulatio pro his, qui non animi vel corporis vitio laborant, sed qui ob defectum alterius qualitatis, dispensabilem tamen, eligi impediuntur; veluti sunt minores triginta annis, qui tamen septimum & vigesimum attigerunt. c. un. hic in Extrav. in minoribus constituti ordinibus, c. præterea, de qualit. ordin. illegitimè nati, & alium similem defectum patientes: ut sunt Laici servi, liberti, c. 3. & ibi Gloss. & Gloss. in c. fin. hic. c. cum nobis. 19. c. innotuit. 22. & ibi Gloss. de elect. c. I. & 2. de serv. non ordin. can. Ofiis. dist. 61. Episcopi, Archi-Episcopi, & alligati alii Ecclesiae, c. ult. junct. c. bona memoria. 4. hic. nondum religionem professi, qui exposcentur Abbates, c. cum monasterium. de elect. Cum hi & similes prohibeantur eligi, debent postulari; cum Ecclesiae sperantur futuri utiles. c. cum in cunctis eod. vide Sylvest. in sum. verb. postulatio. qu. 3. Mandagot. de elect. novor. Prelat. p. 1. cap. 53. Castellin. de elect. cap. 2. num. 5.

Quibus nihil obstat, quo minus eligi possint, hi non sunt postulandi à quoquam, sed ritu & more consueto eligendi.

Qui ob delictum proprium eligi non possunt, nec possunt postulari, c. un. hic. in 6. hoc est, qui patientur defectum indispensabilem; c. 1. §. pen. & ibi Gloss. hic: in verb. personam. Panorm. in c. fin. num. 8. in fin. eod. aut super quo dispensari sit durum, c. past. translationem. de renunt. in fin. c. officii. de elect. propter quem non possunt exercere officium suum ad quod promoventur; vel alias ita inhabilitantur à jure. Panorm. in d. c. fin. num. 8. vers. tertio regula. c. quia diligentia. & c. quisquis. de elect. can. convenientibus. §. pen. & ult. 1. dist. 7. Quales sunt, criminis omnes, ut, homicidæ, notarii perjuri, bigami, irregulares, & alii in quibus non solet juris rigor relaxari. per Azor. in instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 17. qu. 9. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 203. Lavor. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 14. num. 3. ubi cum Mandagotio de elect. part. 1. cap. 53. hoc intelligit, dummodo non egerint pœnitentiam.

Postulari etiam non debet, tanquam postulatione indignus, qui violavit interdictum. c. 1. hic.

Debet

Debet etiam postulatus esse *spectate probitatis*, & vir illustris scientiae, morumque benignitate in Ecclesia fulgentissimus *cap. cum in canclia*. 7. *hic.* Nihil enim est, quod DEI magis officiat Ecclesiae, quam quod ad animarum regimen assumantur Prælati indigni. *c. nihil est. in princ. 44. de elect.*

Hinc & moribus & scientia indignum postulantes, postulandi Jus amittunt pro ea vice. Sicut & superior amittit potestatem, admitti di alium postulatum, qui sciens postulatum indignum admissit: *c. i. & 2. hic.* quia sic abutitur sua potestate. *c. scriptum. in fin. de elect.*

Intenditur Postulatio recta ad Superiorum, qui potest super impedimento seu defectu, quo postulandus laborat, dispensare. *Archidiacon. ad c. quam sit. 6. de elect. in 6.*

Proinde si quis ad Episcopatum postulandus, Pontifici (quia Episcoporum causa inter maiores causas Pontifici reservatas numeratur. *c. ut debitus honor. 59. in fin. de appellat. Glos. & Canon. ad c. ult. hic.*) si ad dignitatem ei inferiorem. Ei qui confirmandi jus habet, postulatio porrigitur, dummodo superimpedimento, quod removet, postulatur, ille possit dispensare: *Abb. in d. c. fin. vers. venio nunc. alijs non. Quia postulationis admissio, vim habet Confirmationis. Abb. in d. c. fin. num. 10. & ibi Joan. Andr. & commun. Canoniste.*

Est inter Episcopos & Inferiores, in materia dispensandi, differentia; Quia Episcopi dispensant semper, ubique in jure dispensatio permititur in genere, licet Episcopis non specificè: *c. dilectus. & ibi Glos. in verbo permissa. & Innoc. num. 2. & 3. de temp. ordin. & Panorm. in c. at si Clerici. §. de adulter. num. 1. & 4. & 5. de Judiciis.* Inferiores Episcopis non dispensant, nisi in casibus specificè eis permisssis. *c. cum illorum. de sent. excommun. c. secundo. de eo qui furt. ord. susc. & ibi Innoc. & Joan. Andr.*

6 Secundò consideratur in postulatione *modus* seu *Forma* postulandi.

Quae est, quod fiat vel per *Scrutinium*; cuius tamen forma ad unguem, ut plerumque fit, scrvari non necesse: *Abb. in c. quia propter. in princ. col. 3. circamed. vers. quarto. de elect. Innoc. in c. in causis. hic.* Vel per *Compromissum*. *Abb. d. loco.*

7 Ut postulatio valeat, requiruntur quinque.

Pri-

Primò; Ut si at humiliter: c. innotuit. 20. vers. habitu ergo de elect. Quia ejus admisso fit pergaatiam, c. bone memoria. 3. & c. postulationem. q. hic.

Secundò; Ut concorditer; d. c. bone memoria. 3. cum seq. Ab omnibus enim aut majori parte Capituli debet fieri: secund. Panorm. quia in actibus Collegii attenditur regularitor, quod fit à majori & saniōr illius parte: c. i. de his que sunt a major. part. Capit. Et quia præsumitur pro majori parte, quod sit saniōr, c. ult. ubi Gloss. voce plurimorum. hic. idè postulatio à minori facta parte non admittitur: d. c. bone memoria. Secundum nonnullos Canonistas necesse est, ut ex tribus partibus duæ in Postulationem convenient: c. postulationem. ubi Abb. & alii hic. Idem in c. bona. 1. eod. Hostiens. ibid. & ad h. t. in sum. vers. qualiter sit postulatio. Quia cum Postulatio quodammodo à Collegio dicitur fieri gratiosè; d. c. bona memoria. c. hic. ubi Gloss. verb. quam ex gratia. Abb. in rubr. & c. i. eod. c. i. de elect. congruum non est, tot Collegis ingratias alios velle impartiri Collegii benignitatem, & ad gratiam faciendam compellere invitatos; Cum juris sit præceptum, vel uno ex Collegio adversante, gratiam facere non posse Collegium: not. in c. cum omnes. 6. de constitut. invitumque gratiam facere non debere compelli. c. precarie. 10. qu. 2. Gloss. d. verb. quam ex gratia. Sed verior & communior est sententia; sufficere si major & saniōr pars consentiat: cum enim electio taliter facta valeat; c. scriptum. 40. de elect. quid ni & Postulatio? Et sic tenent Sylvestri. in sum. verbo postulatio. qu. 2. Azor. d. part. 2. lib. 6. cap. 17. qu. 3. Lazar. d. cap. 14. num. 7. Castell. de elect. cap. 2. num. 8.

Quod si tamen Postulatio concurrat cum Electione, necesse est, ut numerus postulantium duplo sit major eligentium; alioqui præferatur Electio: d. c. scriptum. & ibi late Abb. Ratio; Quia Postulatio nittitur gratia, nec ullum jus tribuit Postulato, aliquo defectu laboranti; quem proinde non admittere tenetur Superior: d. c. postulationem. hic. Ac vero Jure nittitur Electio: quod expugnatur difficilius. Abbas & Imola late add. c. scriptum. Hoc est; Electio ordinariā nittitur viā; postulatio vero extraordinariā; ideoque habenda inferior, nisi fulciatur numero; prævalebitque Electio, jure procedens ordinario, etiam nu-

O

mero

mero nixa minori, propterea quod non facilè recedatur à modo ordinario. d.c. scriptum. 40. §. quod si.

Tertiò in postulationis modo requiritur, ut fiat *Constanter*, Nam postulatio facta, nondum Superiori, cui jus admittendi, porrecta, ab iis qui postularunt, invito etiam postulato, revocari potest; quia non videtur in eum consentire uti sponsum, nisi placuerit majoribus; *Anchor. in c. I. num. 12. hic.* etiamsi scrutinium sit publicatum; *Hofiens. in d.c. postulationem; in princ. eod. & in c. bona memoria. num. 2. 8. & Butrig. ibid. num. 11.* Nisi postulatio subscriptione postulantum roborta, fuerit presentata Superiori approbanda: *d.c. bona memoria. el. 2. vers. nec obstatat.* Quia quantum ad se, postulantes per postulationem istam, approbaverunt illam; & votum Superioris non pendet ex eorum arbitrio. *c. inter. 3. de elect. Gloss. in d.c. bona memoria. 2. in verbo: illuderunt.*

9 Tota autem ejus admissio Superioris innitur gratiæ: can. literar. dif. 63. & Gloss. in d.c. postulationem. qui non tenetur postulato facere gratiam, nisi velit; quia non quicquid permittitur potestati, juris subiicitur necessitatibus: *l. non quicquid. 40. in princ. ff. de judic. c. consulit. & ibi Gloss. in verbo gratiam de offic. deleg.* Ideoque postulationem non admittendo, nullam irrogat injuriam; nisi fuerit propter utilitatem aut necessitatem Ecclesiæ; & saltem à duabus partibus Collegii facta concorditer; *Abb. post Innoc. in d.c. bona memoria. num. 11. & seq. Sylvestr. ibid. num. 7.* quæ non potest rejici sine postulantum & Ecclesia, in qua fuit facta, injuria. *d.c. cupientes. §. deniq. & ibi Gloss. in verb. gratia. c. cum monasterium. de elect. Panorm. in c. pen. num. 2. hic.*

Imò talis postulatio tanti est momenti; ut ipsi præferatur Electio- ni à minori parte facta. *Abb. Innoc. ad d.c. scriptum.*

10 Quartò; debet Postulatio fieri Rite; Videlicet per verbū *Postulo;* Nam si quis dicit; *Eligo postulando, aut Postulo eligendo, eligo postulandum, vel postulo eligendum,* nihil agit. Qui enim eligit, dicit eum quem eligit, nullum habere defectum. Qui autem postulat, fatetur postulandum habere defectum; & ita est contrarietas in istis formis; & ex ea incertudo, aetum penitus vitians, ita ut declaretur nullus; *c. un. hic. in 6. adeò ut nequidem ex Superioris confirmatione subsequente, queat consequi effectum aliquem:* Propter regulam, quæ non patitur

Q19III

titur confirmari, quod est ab initio nullum. *Gloss. in d.c.un. verbo ir-*
ritum.

Permitit tamen Pontifex, ut ejusmodi procedat postulatio in causa, quo dubitatur probabiliter, ob ignorantiam facti, an persona sit eligibilis, nec ne: ejusmodi exempla aliquot proponit *Gloss. in d.c.un. verb. probabiliter.* Causat enim ignorantia justa sustineri actum, qui alias fuisse inutilis. *Zof. hic. num. 8.*

Debet autem electus & postulatus taliter adhibendo consensum suum alteram eligere viam; *d.c.un.in fin.* ne vagando in incerto, duplificem, contra Juris prohibitionem, sibi praesigere videatur titulum, & ex causa duplici expectare confirmationem, quod non ferunt jura. *c. ut quis. 25. de elect. in 6.l.eum qui duobus. 51. ff. de acquir. vel omitt. hered.*

Electa altera non erit ei regressus liber ad omissam; sed est via praeclusa: *d.c.un.in fin.* quia alias sibi contrariaretur. *Zof. hic. num. 9.*

Quintò & ultimo: Debent in postulatione exprimi, *omnes postu-*
lati defectus; alias non admittitur postulatio, & postulantes privantur postulandi potestate; modo defectus scienter non expresserint. *c.in-*
notuit. 20. de elect. & Abb. in c. fin. num. 3. hic.

Denique consideratur in postulatione *postulationis admissio;* ubi videnda sunt duo.

Primum est: Deadmittendae Postulationis causa: quæ est vidua Ecclesia, cui per postulationem providetur utilitas & necessitas urgens. *d.c.bonamemoria. 4. hic.* Alterum est de postulationis admittenda verbis seu modo: Qui exprimitur à Glossa in c. gratum. 2. in verbo providisti. hic. ubi scribit, quod dicere non debeat Superior, *confirma-*
mus postulationem; quia cum tota postulatio ab ejus pendeat gratia, quod possit confirmari, erit nihil; sed debet dicere ita, *Postulationem ad-*
mittimus, vel non ducimus admittendam. *Gloss. sequit. Butrio & Abbas*
in d.c.gratum. 2. num. 13.

An autem cogi possit Superior ad dispensandum & postulacionem admittendam, tradit Glossa in d.c.bone memoria. 3. in verbis ex gratia. ubi ait; ex causa justa Superiore compellendum esse: *per c.*
nullus Laicus. 17. de jure patron. puta, quia postulatus est potens ad Ec-

eclesiam defendendam, aut bene doctus, aut egregius moribus præditus, nec reperitur alius, per quem ita benè consulatur Ecclesiæ. *Abbas. d. locg. num. 15.*

13 *Ultimum quod est considerandum, est de admisso postulationis effectu.* Qui non consistit in eo, quod de jure videatur postulatus habilitatus ut eligi possit; sed quod postulatus, postulatione admisso, consequitur jus & potestatem regendi atque administrandi Ecclesiæ; non secus ac si fuisset Electus & Confirmatus. *Abb. in c. i. num. 34. hic.* Et ita servat Romana Curia, ut evitetur circutus, & Ecclesiæ dispendium. *Abbas d. num. Joan. Andr. ad d. e. 1. num. 34. Panorm. ad e. 2. num. 13. eod.*

Hinc Postulatio Solemnis non minus quam ipsa Electio est examinanda. *c. licet in tantum. 4. vers. præterea cum postulatio. de translat. Episcopi.*

Et hæc quæ hactenus diximus, intelligenda sunt, non de Postulazione Simplici, sed Solemni, quæ potestatem implorat Superioris, ut omne tollat impedimentum, & in postulato suppleat defectum; qd is & regere & administrare possit Ecclesiæ. *Abbas ad d. c. i. num. 37.*

14 *Postulario Non-solemnis seu simplex est, quando citra ullam solemnitatem postulatur ab eo, qui non potest dispensare super impedimento; requiritur tamen ejus consensus in promotione, ratione sui interesse, ut vir alioquin unde quaquidoneus promoveri possit. Abbas ad d. c. i. ut si Monachus electus vel postulatus sit in Episcopum, vel ad Praelectionem aliquam extra monasterium, vel ad Ecclesiæ suam; pertenda est & obtinenda sui Superioris licentia: c. si religiosus. de elec. in 6. ut & Patris consensus, si electus filius. Steinius in sum. Jur. Canon. hic. num. 2. Honor. van Axel sum. hic. num. 3.*

Ea admisso, adhuc electione & confirmatione ejus, ad quem aliás pertinet, opus est. *Abbas d. c. i. & num. 34. & ibi Butrio. num. 52.*

15 Cæterum si ex Electoribus ipsis fiat alicujus Postulatio, ut eligatur; non postulatio, sed *Nominatio* aut *simplex erit petitio*: nec talis per postulationem erit assumptus, se per electionem: Sed & quando duo postulantur ineligibles, ut unus eligatur ex iis, erit *Nominatio* potius, quam Postulatio. *ut in c. bona memoria. il. 1. hic. licet aliter ibi intelligat Gloss. Postu-*

Postulatio quoque Abbatum autaliorum Inferiorum, non est ve-
re & propriè Postulatio, sicut Episcoporum; Illi namque eligi pos-
sunt, et si alteri alligati sint Ecclesiæ; quamvis sine licentia, per postu-
lationem non solemnem aut propriam implorata, migrare non possint.
Barbos de univ. jur. Eccles. lib. I. cap. 19. num. 15. cum seq.

Nominatio accipitur tripliciter: *Primò*; quando aliquis propo-¹⁶
nitur à Collegio, ut, si judicatus fuerit dignus, eligatur: & nullum in
hac acquiritur Jus: *de qua in c. quod sicut. de elect.* *Secundo*; quando
Electores secreto aliquem nominant in chartula; *de qua in c. si quis ju-
sto. ad fin. eod. in 6.* & hac nec aliquid acquiritur Jus, etiam scrutinio
publicato; non tamen variare possunt Electores; sed bene, antequam
publicetur Nominatio. *c. publicato. de elect.* *Tertio*; quando duo vel
tres digniores à Collegio nominantur, & offeruntur Superiori, ut
quem maluerit confirmet; & in hac, licet non acquiratur jus nominatis; non tamen datur variatio oblata nominatione Superiori. *Barbos.*
3. loc. num. 17.

TITULUS IX.

De Confirmatione.

S U M M A R I A.

- | | |
|-----------------------------------|-----------------------------------|
| 1. <i>Episcopus à non Superi-</i> | <i>habeat, nunc & olim.</i> |
| <i>ore suo Electus confir-</i> | <i>5. Confirmantis quod offi-</i> |
| <i>mandus.</i> | <i>cium.</i> |
| 2. <i>Confirmationem praece-</i> | <i>6. Confirmatus quid face-</i> |
| <i>dere debet consensus,</i> | <i>re debeat.</i> |
| <i>tres menses.</i> | <i>7. Confirmatio quam ad-</i> |
| 3. <i>Confirmatio quid.</i> | <i>ferat auctoritatem Epi-</i> |
| 4. <i>Confirmandi jus quis</i> | <i>scopo.</i> |

1 **P**iscopus ab alio quam à Superiore suo electus, post præstum Electioni de se factæ consensum, à Superiore confirmari debet. c. postquam. 3. c. nibil est. 43. de elect.

2 **E**ntronc Consensum debet intra mensem à præsentatione electionis præstare, quo clapso redditur Electio nulla; ne scilicet diu differatur Ecclesiarum provisio. c. quam fit. 6. eod. in 6. Rota decisi. 7. de elect. in Nov.

3 Quare etiam olim Confirmationem (Quæ est juris per Electionem quæsiti corroborativa declaratio) intra à consensu præstito menses tres, in ipso facto jure per electionem quæsito privari velit, d. c. quam. 6. ibi, electio eadem eo ipso juribus vacetur. Petr. Gregor. de re benef. cap. 25. num. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 5. Division. in prax. Jurispr. lib. 5. cap. 5. num. 5. in ult. impress. Cockier. in reg. Cancell. Gloss. 2. post. num. 13. vers. septimus. petere debebat. d. c. quam fit. Menoch. de arbitr. cas. 477. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 3. cap. 20. quest. 10. Lavor. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 25. num. 34.

Sufficiebat tamen Electi amicum, ejus nomine, etiam absque mandato, petere Confirmationem; modò Electus ratum haberet infra illos tres menses. d. c. quam fit. & ibi Gloss. verb. petere. vers. sed pone. Tymquel. de panis temper. causa. 22. num. 37. Azor. d. cap. 29. qu. 11. Etenim omnino debebat fieri ratihabito intra terminum ad acceptandum datum. Covarr. var. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 5. Barbosa de univ. jur. Eccles. lib. 1. cap. 9. num. 8.

Computabantur isti tres menses prout occurruunt in Kalendario; quando enim lex vel statutum concedens mensem, disponit à quo tempore is incipere debeat; verbi gratia, à die Electionis, vel à die assignanda per Judicem; tunc accipitur mensis, prout occurrit in Kalendario, & quod ex uno mense defuit, accipitur de sequenti. d. c. quam fit. & ibi Gloss. verb. mensem. Menoch. de arbitr. casu. 50. num. 21. Gonzal. add. reg. 8. gloss. 11. num. 7. Garcias de benef. part. 10. cap. 2. num. 42. cum seq. Barbosa d. cap. num. 4.

Postea à Nicolao III, (decreterum Gregorii X. quo spatiu cedebatur Electo trimestre, d. c. quam fit. contrahente) constitutum,

c. cu-

c. cupientes. 16. eod. in 6. si dignitatis Confirmatio immediatè petenda à Pontifice; ut Electus in persona, aut, si legitimè impeditus, per Procuratorem, intra mensem, à die habita notitiæ, sed certæ & indubitatæ, vel dati consensu, iter ad Sedem Apostolicam arripiat; intrat tempus, pro itineris longinquitate moderandum, eò perveniat; ubi pervenit, intra dies quindecim cum actis, juribus, (id est, rationibus circa factum consentibus) & munimentis, se coram ea ficit, aut impedimentum proponat; illud intra alios quindecim dies probet; ne jure ex electione quæsito privari velit.

Episcopum ritè Electum confirmabat antiquo Jure, quo Cathedralis Ecclesiæ Canonicis Episcoporum competebat Electio; non solum Romanus Pontifex, verum etiam Metropolitanus, vel Patriarcha superior. c. quoniam. dist. 100. c. cum dilectus. 32. de elect. c. cupientes. in princ. per locum à speciali. ord. in 6. BIAN. de direct. elect. part. 3. cap. 43. num. 6. PETR. GREGOR. ad tit. de elect. cap. 19. num. 10. Layman. de Eccles. Prelat. elect. cap. 15. qu. 162. Nam Capitulum mittebat Metropolitanum, seu alteri Superiori literas sigillo suo & singulorum munitas, ac per Canonicos subscriptas, (decreto appellabant) in quibus electio facta narrabatur seriatim, & petebatur, sub forma à Speculatori tit. de elect. §. 1. vers. celebrata igitur. tradita, Confirmatio. BARBO. d. loc. num. 6.

Confirmabat Pontifex tantum Episcopos, in Ecclesiis Sedi Apostolicæ immediatè subjectis electos, c. cum Ecclesia Sutrina. de causs. poss. & propriet. & ibi Imol. Ripa. Card. Rebuff. vel quorum Confirmatio aut Infirmatio per appellationem ad eandem devolvebatur Sedem. d.c. cupientes. in princ. Metropolitani & Patriarchæ, regulariter Electos Episcopos sibi subjectos. arg. can. 1. dist. 64. c. nosti. de elect. c. 1. de translat. Episc. Gloss. in can. 1. dist. 100. Abb. in c. cum Ecclesia. num. 8. de elect. Nunctora potestas confirmandi Episcopos est soli Pontifici reservata. vigore reg. 2. alias 3. Cancell.

Quo circa sive à Dynastis nominentur, sive elegantur à Capitulo, à Pontifice exposcere debent Confirmationem. Cui tamen est liberum, Archi-Episcopo vel alterius alicui prædictam committere potestatem. Strycin. in sum. Jur. Canon. part. 1. tit. 7. §. 3. num. 1.

Confir-

Corvinus
De Personis
Prelatis Ecclesiasticis

G IV
32

Confirmans diligenter debet inquirere in vitam, mores, qualitates Electi. *can. de Perro dist. 47. c. 2. c. cum è nobis 19. de elect.*

Quare in Concilio Carthaginensi V. *relato in can. quì Episcopus. 2. dist. 23.* traditus fuit modus, & forma examinis, & inquisitionis facienda. Novissimè emanavit, jussu Urbani II X. circa conficiendos processus inquisitionis istius, particularis instruatio. *quam vide apud Barbosam d. lib. I. cap. 8. num. 141. cum seqq.*

Formato secundum dictam instructionem processu, fit juxta formulam à Pio IV. *in constit. succ. incip. In sacrosancta. Idib. Novemb. 1564. ut in Bullario novo. tom. 2. pag. 128. & apud Quarant. in sum. Bul. larii. verbo: fidei professio. & Leon. in thesauro for. Eccles. par. 2. cap. 10. num. 15. Norvar. in sing. Canon. concl. 114. num. 4. præscriptam, Fidei professio.* Dictæ professionis fit instrumentum à Notario: Ei, ut & toti processui, subscrabit Cardinalis relator: quo facto, fit in primo Consistorio præconizatio, electionis vicem habens: In Consistorio secundo fit positura, & transmittitur scedula pro reassumptione positura in prima præconizazione transmissa, quæ præconizatio secunda vim habet confirmationis: & denum fides provisionis Apostolicae transmittitur à Cardinale Ponente ad Cardinalem Vice-Cancellarium. *Barbosam d. lib. cap. 9. num. 10. cum seqq.*

6 Episcopus statim ac intellexit se à Summo Pontifice in Consistorio confirmatum, vestes induere debet Episcopales, & si præsens sit in Curia, ipse; sin absens, per litteras gratias agere Pontifici nec non Cardinalibus, iisque se suamque Ecclesiam commendare. *Castald. in praxi ceremon. lib. 1. sect. 10. cap. 2. num. 10.*

Debet etiam Ecclesiæ vel Capitulo exhibere Confirmationis testimonium scriptum: antea nec recipi, nec ullis potest gaudere provenitibus; recipientes absque litteris Apostolicis, suspenduntur. *c. injuncta. 1. de Elect. Extrav. comm. Quaranta verbo Beneficiorum possessio.*

Quamobrem, secundum Curia Romanæ consuetudinem, Confirmationis expediri solent Bullæ, immo & ante eas expeditas, post propositionem promovendi in Consistorio sèpè propter necessitatem, ne Ecclesia vacans derimentum aliquod patiatur ex mora, concedi solet ad possel-

possessionem capiendam Breve. *Pisecius in praxi Episcop. pag. 15. al-*
leg. Staphil. de Script. in forma Brevis tit. 2. num. 3.

Accepta, sive per *Bullam*, sive per *Breve*, possessione, Episcopus, 7
 licet nondum consecratus, plenam adipiscitur jurisdictionem; omnia-
 que exercere & perficere potest, quæ jurisdictionem concernunt Epi-
 scopalem; cuiusmodi sunt excommunicare, suspendere, interdicere,
 visitare, corriger, punire, Synodum convocare, beneficia conferre,
 Ecclesias minores conjungere, annexare, dividere, voti & juramenti
 vincula solvere, quorundam peccatorum absolutiones sibi reservare,
c. transmissam. 15. c. nostr. 9. c. qualiter. 17. de elect. c. inter corporalia. de
translat. Episcop. Sancb. de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 11. Lavor. var. lau-
ubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 25. num. 3. Barbos. de off. & potest. Episc. part. I.
tit. I. cap. I. num. 14. & cap. 4. num. 7. indulgentias concedere. Felin.
inc. eam te. num. 5. de script. Navar. de indulgent. notab. 31. num. 3. Ze-
rota. in prax. Episc. v. indulgentia. part. I.

Distribuit indulgentias, non ex commissione Pontificis, ut vult
 Durandus; *D. 20. qu. 5. sed ratione muneric sui.* Etenim ut Romana
 Ecclesia respectu aliarum est principalis, sic aliae quælibet quidam partic-
 ulares sunt certus & res publicæ, quibus Episcopi præsident, ut Princi-
 pes; & ut tales communem illum thesaurum dispertinent subditis, *fac.*
cap. quod autem. & c. cum ex eo. de pænit. & remiss. Steinius in sum. Jur.
Can. d. p. I. tit. 7. §. 3. num. 4.

Præterea Episcopi Eleæti & Confirmati, sed nondum Consecrati,
 non comprehenduntur statuto generali, vel interdicti aut suspensionis
 sententia; nisi expressa eorum facta sit mentio: *c. quia periculum. 4.*
de sent. excom. in 6. Suar. de cens. tom. 5. disput. 28. sect. 2. num. 6. Lay-
man. in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. I. num. 2. possunt habere
altare portatile: c. ult. de privil. in 6. sibi sine superiorum licentia elige-
re Confessorem: c. ult. de pænit. & remiss. Suar. tom. 4. disp. 27. sect. 2.
num. 5. Barbos. Jur. Eccles. lib. 1. cap. 9. num. 25. Illorum causa hæc-
re servantur Papæ: Roderic. à Cucchain tract. de Confess. solicitant. mu-
lieres in confess. qu. 12. num. 11. non possunt sine Papæ licentia renun-
tiare Episcopatu. c. 2. ibi & sic electus confirmatus, de translat. Episcop.

P

Valer.

Corvinus

De Personis

Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 331. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 1. cap. 20. num. 1. Barbos. d. loc. num. 27.

Non consequuntur ea quæ sunt Ordinis: *d.c. transmissam. 15. ubi Gloff. fin. c. nosti. 9. c. quod sicut. 28. §. præterea. de elect. c. quamvis Chor-episcopis. disf. 58. Rebuff. in praxi benef. tit. formam vicarius. à num. 3. Cuccb. in Inst. Major. tit. de consecrat. Episc. à num. 9. tit. de Episcopo. à num. 21. lib. 2. ab Episcopatu repellri possunt, si fiant inhabiles: Joan. Andr. Bur. Card. & Imol. inc. ex parte. de Cleric. agrot. Nav. in c. si quando exceptio. 10. num. 13. de rescript. Episcopi dicuntur impropiè: Felin. inc. eam te. num. 1. & 3. eod. Cuccb. lib. 4. tit. 5. num. 38. Eos percutentes Bullæ in cænas Domini non incurruunt excommunicationem: Nav. in manual. cap. 27. num. 67. vers. octavo. Barbos. de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 4. num. 10. in Missa dicere non possunt. Sit nomen Domini benedictum: Imol. inc. avaritia. de elect. in 6. & ibi Gemin. cognitionem negotiorum graviorum merentium degradationis poenam, cognitionem non habent: Abb. in d. c. transmissam. num. 4. de elect. Abb. in c. at si Clerici: num. 20. de judic. Sarmient. lib. 1. select. cap. 14. num. 9. Civitas occidens illos non privatur dignitate Episcopali: Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 8. num. 10. vers. his omnibus Mandos. ad reg. Cancell. 8. Gonzal. add. reg. Gloff. 9. §. 5. num. 27. à Vicario Archi-Episcopi Metropolitani possunt suspendi, interdici, excommunicari: c. 1. §. Officiales. de offic. Barbos. d. loc. num. 33.*

TITULUS IX.

De Consecratione.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Consecratio qua tribuat Episcopo.</i>
2. <i>Cur Ei necessaria.</i> | 3. <i>Intra quod tempus petenda.</i>
4. <i>Quando trimestre recurre-
re incipiat.</i> |
|---|--|

5. Con-

5. *Consecrandi qui, & à quibus.*
 6. *Ad consecrationem tres requiruntur Episcopi & Cur.*
 7. *Dispensationi hic locus.*
 8. *Papa an consecrare posse verbo.*
9. *Consecrationis solemnitas quo.*
 10. *Quis effectus.*
 11. *Consecratus Episcopus quomodo excipi debeat à suis.*
 12. *Episcopi an à suis Ecclesiis abesse possint, & quando.*

VT Electus ergo in Episcopatu non solum quae *Jurisdictionis* sunt exercere possit, sed & quae *ordinis*, (ut sunt Clericorum ordinatio & actualis depositio, Chrismatis consecratio, virginum benedictio, Ecclesiarum & altarium consecratio, c. transmissam. 15. ubi Gloss. de elect.) necesse est, non tantum eum esse Confirmatum, sed & *Consecratum*. c. licet. 4. de translat. *Episcop.*

Quod adeò verum ut ne quidem consecrandus possit ea, putandum celebratur Missa: imò nè quidem eadē post Consecrationem die conferre ordines. c. quod sicut. 29. §. super. de elect.

Consecratio enim foedus conjugii spiritualis, inter Episcopum & Ecclesiam, quod electione fuerat initiatum, confirmatione ratificatum, consummat. d. c. licet. 4.

Peti & expediti debet intra tres à Confirmatione menses; nisi legitimū sublit impedimentum: can. quoniam. dist. 75. can. 1. dist. 100. can. 1. dist. 71. quale hostilitas, can. fraternitatem. dist. 71. circa confirmationem discordia, can. de Syracusana. dist. 28. & similia.

Quod trimestre si non observet promotus, tenetur ad fructuum perceptorum restitutionem: ex Concilio Chalcedonense: d. c. quoniam. dist. 75. & d. can. 1. si in tra tres adhuc alios menses, Consecrationem petere & procurare negligat, ipso jure & Ecclesia & Episcopatu ex Concilio Tridentino, sess. 7. de reform. cap. 9. & sess. 23. de reform. cap. 2. privatur. *Sylv. insim. verb. Consecratio. 1. num. 4. Bertachin. de Episcop.*

P 2 tract.

Corvinus

De Personis

Beneficiis

G IV

52

tratt. 1. lib. 3. qu. 1. Gonzal. ad reg. Cancell. 8. Gloss. 24. num. 141. Camp. in divers. jur. Canon. rub. 6. cap. 6. num. 9.

4 Currere incipit trimestre illud tempus, non ut quidam volunt habita ea die factæ Electionis; sed à die notitiæ Confirmationis de electione factæ. Eniq. in sum. lib. 10. cap. 23. num. 5. Barbosa Jur. Can. univ. lib. 1. cap. 3. num. 34. Gloss. & Hugo ad d. c. quoniam. diff. 75. Sylvest. in sum. verb. de Consecratione Prelat. num. 4.

5 Consecrari solent omnes in dignitate constituti Episcopali, etiam Summus Pontifex: & quidem hic ex more à Cardinali Hostensi: potest tamen ab aliis Cardinalibus Episcopis consecrari: can. in nomine Domini. diff. 23. vel ad hoc aliquem ex Episcopis eligere: Sylvest. in sum. d. verb. de Consecrat. num. 2. vide supra tit. de Elect. Pape. Archi-Episcopus consecratur ab omnibus sua provinciae Episcopis in Metropolitana Sede congregatis: can. 1. diff. 66. c. si Archi-Episcopus. 6. de tempor. ordin. Quaranta in sum. Bullar. verb. Archi-Episcopi authoritas. num. 4. vers. sexta. Sufficiunt tamen tres, reliquis per litteras consentientibus: Eniq. in sum. lib. 10. cap. 24. §. 1. Comitol. resp. moratib. 1. qu. 48. num. 13. Alii Episcopi inferiores consecrantur, ab his quibus subsuntimmediate.

Quapropter de jure fit Consecratio, vel ab ipso Archi-Episcopo, cuius electus est futurus Suffraganeus; can. Episcopi diff. 24. presentibus aliis ejusdem provinciae Suffraganeis, can. ordinationes. 2. diff. 24. ad hoc ab Archi-Episcopo vocatis: Card. Alex. add. can. Episcopi. Quart. d. loc. vers. septima. vel, si Archi-Episcopus est impeditus, ab Episcopo, cui hoc commisit. c. quod sedem. de offic. Ordin. Et tum consecratus debet intra menses duos Archi-Episcopum visitare. Prepos. per text. in can. si quis. diff. 65. & ibid. Roder. à Cuccha. num. 1.

Consecratio Episcopi citra consilium, vel praesentiam Archi-Episcopi, & Comprovincialium etiam Episcoporum faltem per litteras; facta, non fortitur effectum. can. non debet. 2. can. Episcopus. 3. can. placet. 5. diff. 65. Comitol. d. num. 13. Barbos. de offic. & potest. Episc. parte 1. tit. 1. cap. 5. num. 5.

6 Fit etiam cuiuslibet Episcopi Consecratio à tribus ut minimum ejusdem provinciae Episcopis, reliquis assensum præbentibus, & accidente

dente de jure communii Archi-Episcopi iussu. d.c.f. Archi. Episcopus. 6. can. I. can. comprovinciales. can. pen. disf. 64. c. porro. disf. 66. Nisi fuerit unus ex tribus istis. Vallenf. in parat. Decret. tit. de electione §. 8. num. 2.

Requiruntur Episcopi tres, & ratione & exemplo; Ratione, nē tantum beneficium videatur furtivè præstatum, & pro Illo pariter preces effundant ad Deum: Exemplo; quia & Jacobus Domini Frater ordinatus fuit à tribus Apostolis, Petro, Jacobo & Joanne; d. can. porro. Durand. in ratione divinor. offic. lib. 3. cap. 11. num. 7. & 9. Ant. August. in Epit. Jur. Pontif. veteris. lib. 4. tit. 17. successoribus cā formā relictā. d. can. porro.

Ubi tamen personarum est defectus ex dispensatione Papæ, sive 7 Concilii generalis seu Ecclesiæ consecrare poterit Episcopus unicus; Sylvest. in sum. d. loc. Fan. in aurea armilla. d. verb. Consecratio. num. 2. S. Antonin. in sum. part. 3. tit. 14. cap. 16. §. 9. post mod. Diff. Gloss. inc. Episcopi. de tempor. ordin. Ex Pii V. induito seu dispensatione pro duobus Episcopis, qui haberi non possunt, duo Abbates, vel alii in dignitate constituti Presbyteri sufficiunt; quod hodie passim in usu.

Unde colligitur, supradictam ab Apostolis relictam formam juris non esse divini, aē proinde mutabilem; Nec recipiendum id, quod dixit Hugo; ad d. c. porro. Si tantum in mundo duo essent Episcopi, tertius consecrari non posset, donec Papa institueret alium, vel Eo mortuo, Generalis Ecclesia mutaret ab Apostolis constitutam formam, & institueret, ut Episcopus consecraret Episcopum. Declar. Concilii Trident. sess. 23. cap. 1. Barbosa de potest. Epist. lib. 1. tit. 1. cap. 5. Strein. in sum. Juris Canon. part. I. tit. 7. §. 4. num. 2.

Nec refragatur d. c. porro: Quia ibi forma non accipitur pro rei substantia; sed pro ritu & ceremonia: neque etiam semper forma censetur substantialis, sed tantum illa, quæ ex subjecta materia, vel ex concipientis mente apparet talis. ex sentent. Gloss. in c. cum consideres. de sent. ex commun. Jura verò qua asserunt aliter factam ordinationem aliquando esse irritam: ut in d. c. f. Archi-Episcopus. disf. 66. & alibi: non debent intelligi, quantum ad Sacramenti veritatem; sed quoad Pastoralis officii executionem. Gloss. in d. c. Archi-Episcopus. Diff. Durand. in ratione.

tion. divin. lib. 3. cap. 11. num. 7. & 9. Anton. August. in Epit. Jur. Pontif. veteris. lib. 4. tit. 7.

8 Nonnulli Canonistæ dicunt Papam consecrare posse Episcopum verbo solo; ut *Felin. in c. meminimus. num. 2. vers. limita. de accusat. Bursat. conf. 393. num. 4. vol. 4. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 8. qu. 5. num. 34. Cardin. Tusch. tom. 3. litera E. concil. 233. num. 10. sed male, secund. Barbosam d. lib. & cap. num. 52.* Est enim Episcopatus, *ut supra dictum*, Sacramentum & Ordo; Sacraenta autem omnia constant & materia, & formâ; quæ manente substantiâ salvâ, non possunt variari pro libitu? *Concil. Trident. sess. 21. cap. 2.*

9 Est ergo *trium Episcoporum in Consecratione presentia* non de cœf-
tentia, sed ex *præcepto Ecclesiastico*, tantum necessaria.

Qui omnes quidem simul Consecrationem peragere dicuntur; licet unus, uti Princeps, cui alii cooperantur, agat hoc ministerium: non enim rectè illud inter se partiuntur, ut alius expleat Consecrationis partem unam, alter alteram. *Sylvestr. d. verb. de Consecratione. 1.*

Pontificis Consecratio celebratur ante hymnum Angelicum; *ut & supra diximus*; aliorum Episcoporum inter recitationem Epistola & Evangelii celebrationem. *c. quod sicut. 28. §. super eo. de elec. in Ecclesia Cathedrali*, quamvis id non semper sit necessarium; *can. qui in aliquo. dis. 51. Sylvestr. d. verb. de Consecratione. §. 1. num. 4. Fum. in armilla. d. verb. num. 3. annor. dis. 7. qu. 4. num. 43.*

Fieri debet *die dominica & horæ lucis terita*; scilicet secundum Canones. Quia Episcopi Apostolorum obtinent vicem, quibus in die Pentecostes horâ teritiâ Spiritus Sanctus est datus. Et præmiti debet scrutinium cum precibus. *can. ordinationem. dis. 75. ubi scrutinium vocatur examen ordinandi in Episcopum, secundum ea, quæ habentur in can. qui Episcopus. dis. 23.*

In consecratione peragenda *duo Episcopi* ponunt & tenent *Evangeliorum Codicem* super caput & cervicem ejus qui consecratur: *d. can. ordinationes*, unoque super eo fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi præsentes tangunt manibus suis caput Ejus: *can. Episcopus. dis. 25.* & illud una cum manibus sacro inungunt chrismate: *quod ex olco, nitorem seu conscientia puritatem, & ex balsamo, odorem seu fama integritatem*.

integritatem significante, conficitur: Ceteras ceremonias, qua adhiberi solent, vide in Pontificali Romano.

His peractis Episcopus consecratus Ecclesiae Romanae, & ejus Pontifici fidelitatis praestat *juramentum* juxta formam praescriptam *inc.*
Ego N. Episcopus, de jurejur.

Peractaque consecrationi, aut termino Consecrationi praestituto *10* elapo, omnia beneficia Ecclesiastica, si quæ habet, vacant ipso jure, liberèque ab eo, ad quem spectat Collatio conferri possunt: *c. cum in cunctis. 7. §. cum verò de elect.* si modò habuerit possessionem, vel stetere rit per eum, quominus habuerit: nam requiritur ad vacationem utrumque, & consecratio & adepta possessione. *can. si qui Episcopi. disp. 92. Innoc.* *in d. c. cum in cunctis. 7. Jean. Stapil. de vacat. per promotionem. num. 2.* Antea vero non vacant, quandoquidem rejici possit ex causa Consecratio: *c. super his. de accusat. Gloss. ad d. cum in cunctis. §. cum verò Laur.* *de Parienis. 2. in formul. tit. G. cap. 6. num. 5. Barbosa de Episcopo. part. 3.* alleg. 57. num. 7. imò nec vacant lapsis tribus mensibus, nisi bonorum habuerit administrationem. *Innoc. d. loco. Vallens. in parat. Decret. tit. de elect. §. 8. num. 5.*

Ipse Episcopus per consecrationem non contrahit, *ut valent Vasqu. in 3. tom. part. 3. disp. 241. cap. 1. & 3. & 5. Azor. Inst.* moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. qu. 3. vers. *questio igitur est. Reginald. in praxi fori pénit. lib. 30. tract. 3. num. 257. cum Ecclesia, ad quam ordinatus, vinculum jure divino indissolubile: sed tantum jure humano: Canon in c. inter corporalia. & c. licet. de translat. Episcop. ubi Card. num. 1. & 3. Imol. num. 2. Abb. num. 3. & 4. Quia si hoc vinculum esset de jure divino indissolubile; vel esset jure divino positivo, vel naturali; de primo non extat locus, de secundo etiam patet; quia ex sola ratione naturali non potest ostendit talis divini juris fundamentum; & ex traditione Ecclesiae constat contrarium. Fiunt enim Episcoporum translationes quotidie per Pontificem. *ut dicemus infra. de translat. Episc.* Nec obstant jura; *can. sicut. 7. qu. 1. c. inter corporalia. de translat. Episcop.* in quibus hæc unio Episcopi cum sua Ecclesia conjugium appellatur Spirituale; quia comparatio illa cum conjugio non est per convenientiam univocam; sed per quandam proportionalitatem; undè non est necessaria;*

se,

Corvinus

De Personis

De Ecclesiis

G IV

32

se, ut teneant in omnibus proprietatibus æqualitatem aut similitudinem. Nec obstat *text. in d. c. inter corporalja*, ut docent verba vers. *Non enim.*

11 *Episcopus* extra Ecclesiam suam *consecratus* proficiunt ad suam Ecclesiam, munusque sibi commissum tenetur suscipere *quam primum*: & si electus in Curiæ Romana; non debet proficiunt sine literis Apostolicis; *ut diximus*; & impetracione plenaria indulgentia pro populo primæ suæ Missæ ad futurō; Civitatem ingredi suam debet vestibus indutus sacrū: in ingressu, cum pro Christo legatione fungatur in terris; *ut habetur in can. omnes, qui. 7. qu. 1. & in can. accusatio, quoq. 2. qu. 7. & in can. in novo. dist. 21.* à Magistratu & Primitib⁹, debet suffici honori fice: *vide Castald. in praxi ceremon. lib. I. sect. 10. cap. 7.* post ingressum ad personalem in Ecclesia vel diecesi sua obligatur residentiam: *Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1.* ni velit incurrire offensam divinam, de qua in can. si qui vero. 7. qu. 1. & præterea ad illam per fructuum subtractionem, vel sequestrationem, censuras, aliasque poenas Ecclesiasticas Ordinariorum compelli arbitrio: aut, contumacia crescente, depouit. *c. pervenit cum seqq. d. caus. 7. qu. 1. c. ex eo. de elect. in 6.*

Concilium vero Tridentinum *sess. 6. de reformat. cap. 1.* statuit; ut si Episcopi absuerint abisque causa legitima & licentia obtenta, per sex continuos menses ab Ecclesiis suis, amitterat quartam unius anni fructuum partem: & si per sex alios menses duraverint in absentia illa, perdant similiter aliam partem quarram; contumacia crescente, deferantur intra tres menses Pontifici, pro contumacia meritis disponituro.

12 Ex certis tamen causis licer Episcopis, & quidem impunè, à suis abesse Ecclesiis: Nempe. 1. Si brevi sint reversuri: si diu, licentia Superioris necessaria: *arg. c. presentium. c. si quis in Clero. 7. qu. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 42. num. 5.* Absentia spatum temperat Concilium Tridentinum, *sess. 23. de reformat. cap. 1. 2.* Si adsit impedimentum legitimum, seu rationabiles & justæ causæ. *d. Concil. cap. I. sess. 6.*

Quales proponuntur à dicto Concilio *sess. 23. de reformat. cap. 1.* quinque. 1. Nempe *Christianæ Charitas*: 2. *Vrgens necessitas*, 3. *Obedientia debita*, 4. *Acevidens Ecclesiæ vel* 5. *Reipublicæ utilitas*:

Ob

Ob quas Episcopus ultra tres menses abesse potest sine offensa usla; ut decimum refert post Armendar. Barbosa jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 9. num. 87.

Requiruntur tamen tria; Primo; Ut talis causa probetur Romano Pontifici, aut Metropolitano, vel absente Eo, Episcopo residenti antiquiori: d. Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1. vers. decernit. Secundo; Ut detur ea licentia in scriptis: d. Concil. d. cap. 1. ibi, in scriptis esse approbandas. Quod tamen non est de essentia. ut volunt Lessius de Jus. & Jur. lib. 2. cap. 34. num. 15. 8. Reginald. d. lib. 30. tract. 3. num. 34. Fillius. tract. 41. cap. 6. quæst. 6. num. 30. Tertiò; Ut Ecclesia, dum abest, nullum patiatur detrimentum. d. Concil. d. loc. Molles. in sum. Theol. moral. tract. 6. cap. 11. num. 27. Barbosa d. loc. num. 87.

TITULUS X.

De receptione & usu Pallii.

SUMMARI A.

- | | |
|---|--|
| 1. Continuatio. | 10. Intra quod tempus im- |
| 2. Pallium quid. | petrandum. |
| 3. Ejus materia. | 11. Impetrans qualis esse |
| 4. Sumi de corpore S. Petri
dicitur: <u>Quare.</u> | debeat. |
| 5. Quæ ejus forma. | 12. Impetrati Pallii quæ |
| 6. Sensus mysticus. | auctoritas. |
| 7. Qui illud impetrare pos-
sint. | 13. Quid si Archi-Episco-
pus exerceat Archi-Epi-
scopalia ante ejus impe-
trationem. |
| 8. Quomodo. | |
| 9. Sub quali formatrada-
tur. | 14. Uſus pallii qualis. |

Q

I5. An

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

15. An concedi possit alteri. pelitur cum pallio &
16. Archi-Episcopus se quomodo.

I Uia Patriarche, Archi-Episcopi, & quidam Episcopi, licet Confirmati & Consecrati, non tamen plenissimam officii & dignitatis administrationem habent, nisi Pallium impetrant, ideo de auctoritate ejus & usi sequitur.

2 Pallium, est ornamentum quoddam, de corpore Beati Petri sumptum, Pontificis officii plenitudinem conferens. c. significasti. 4. & ibi Butrio & Abb. de elect. iunct. c. Nisi speciales. hic.

3 Conficitur Romæ à Monialibus turris Speculi, ex lana de agnis albis, ab ipsis Monialibus nutritis, & prius die Dominicæ in albis ad circumfundum D. Petri altare missis. ut ex Onuphrio Panvinio tract. de Sacrar. vest. generib. resert Vivianus in ration. Fur. Can. ad c. ult. hic.

4 Dicitur sumi de corpore B. Petri; vel quia super altari, sub quo requiescit corpus B. Petri, benedicitur, & deinde accipitur ab eo, qui usus est, aut alio, ejus nomine: d. c. significasti. 4. & ibi Gloss. Vel quia à Sede Romana proficiuntur. Nam etiæ etiam illud conferant quatuor Patriarchæ, neimpè Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus; tamen à Romana Sede habent conferendi privilegium.

5 Humeros & pectus more sacerdotalis stola ambit, ante pectus dependet, nigri coloris crucis quatuor habet intextas, alia ornamenta suppetegit. Sylvest. in summa verb. Pallium.

6 Mysticus ejus sensus est, ut cum de ovis sit vellere, intelligant se Patores ovium; & quia eo circumcinguntur circa humeros, ut circumspieant, ne errer aliquia, errantem reportent humeris ad caulam, Domini insignitam cruce: ut habeant ante oculos illud Apostolorum; Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

Considerandum pallium hoc ut impetrandum & ut impetratum.

7 Ad impetrandum requiruntur quatuor; Primo; Personæ, que pallium impetrant, & ea à quibus impetratur. Personæ impetrantes, & quidem à solo Pontifice Romano, sunt quatuor supra relati Patriarchæ: Ab illis vero Archi-Episcopi, frillis sunt Subditæ. c. antiqua. 23. & ibi Canon. de privileg. & excess. Pralat. Episco-

Episcopi nulli; (cum sit Archi- Episcopale ornementum) nisi ex privilegio speciali: ut Ostiensis, Papensis, Bergensis, Quinqueclesiensis. Muscon. de majest. inclit. Eccles. part. 1. lib. 1. cap. 8. pag. 236. lit. C. Durant. de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 1.

Secundo requiritur *Impetrandi modus*: qui exprimitur in can. prisa. 2. cum can. seq. dist. 100. Nempe ut non detur nisi instanti, petenti, & exigentibus meritis, & sine commodo, hoc est, gratis.

Petito his verbis fieri solet: *Ego N. electus Ecclesia N. instanter, instantius, instantissime, peto mihi tradi & assignari Pallium de corpore S. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officii.*

Traditur sub hac forma. *Ad honorem DEI omnipotentis & Beatae Virginis, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & Domini Papae N. Ecclesia Romana, & Ecclesia N. tibi commissa tradimus tibi Pallium de corpore B. Petri sumptum in plenitudinem Pontificalis dignitatis, ut utariseo intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis Ecclesia tua concessis à Romana Ecclesia. Gloss. ad c. ad honorem. 4. hic.*

Quia Ecclesia viduata interest, ut receptio Pallii explicitetur citius; ideo tres menses sunt praefiniti, intra quos est impertrandum, numerandos à tempore consecrationis, aut, si nulla exigatur consecratio; quia fortè jam olim fuerit consecratus, puta cum simplex Episcopus futiiratus; à tempore confirmationis. *c. quoniam. 1. dist. 100. ubi Gloss. verb. consecratio.*

Deniq. requiritur; Ut qui postulat Pallium, mereatur illud accipere, & prius fidei sue professionem confirmet juramento, & Apostolicis decretis at quo Synodalibus statutis caycat se obediturum. *d. can. quoniam. 1. c. novit. 3. d. dist. 100. c. significasti. 4. de elect.*

Non tamen pallii impetratio & traditio objectione criminis vel defectus differunt, nisi objiciens juret se non calumniosè id agere, & se ad talionis obliget poenam, atque probationes habear in promptu; id est, intra duos menses, à die collati officii numerandos, id quod objicit, probet. *c. un. Extrav. hic.*

Ethac requiruntur ad pallium impetrandum. In pallio vero impretrato consideratur pallii auctoritas & ejus usus. *Rubr. de auct. & usu pallii.*

Auctoritas pallii impretrati est magna. Nam per pallium confer-

Q. 2

tur

Corvinus

De Personis

Beneſ Ecclesiastis

G. IV

32

tur plenitudo Pontificalis officii & nomen Archi-Episcopale. c. nisi sacerdotalis. 3. c. cum ss. 6. hic. vide c. quod sicut. 2 8. vers. praterea. de elect. Nam sicut Episcopus non habet plenum & consummatum Jus, nisi sit consecratus: ita nec Archi-Episcopus in sua provincia Jus habet plenum, nisi sit consecratus pallium; adeo ut ante illud acceptum, se quidem Metropolitanum dicere possit, non tamen Archi-Episcopum: d. c. nisi specialis. 3. nec ante queat exercere ea quae sunt ordinis Archi-Episcopalis jurisdictionis, saltem graviora ac momenti majoris; veluti convocare Concilium provinciale, consecrare Episcopos, confidere christma, dedicare basilicas, ordinare Clericos; d. c. quod sicut. 2 8. §. praterea. c. significati. 4. de elect. & cetera quae sine Missa sacrificio non obit. Hostiens. in sum. hic. Castald. in praxi ceremon. lib. 1. sect. 10. c. p. 10. num. 3. Potest tamen Episcopis concedere facultate in, ut Suffraganeum suum consecrare, Ecclesiastas dendent, alios ordinent; 2. suffraganeis. 11. cod. de elect. aliaque facere, qua stola tantum induitus recte exequitur; veluti calices, aliaque hujusmodi vasa consecrare, coemeteria sacrare, & dedicare. Hostiens. d. loc. §. quid sit pallium. Castald. d. loco. Vallens. in parat. Decret. hic. num. 2. vers. dicitur. 2.

¶3. Quod si ante acceptum Pallium Archi-Episcopus exerceat ea, quae sunt potestatis ordinem spectantibus, nec fuerit antea consecratus Episcopus, nullius erunt momenti: si vero fuerit Episcopus consecratus, rata erunt & firma; licet peccet contra canones & jura, possitque ab officio removeri per sententiam; aut alia puniri mitiori poena. Vallens. d. loco. vers. quod si ante.

Pallium qui à Pontifice impetravit, proventibus potestateque administrandi, qua Pallii concessio tribuit, privatur, si absque literis traditionis pallii discedat. c. injunctio. 1. Extrav. de elect.

Potestas per pallium tributa, morte eius qui illud impetravit, extinguitur; personam enim non transfit c. ad hoc. hae.

¶4. De usu Pallii sciendum: Eo uti Romanum Pontificem semper & ubique inter Missarum solemnia; c. ad honorem. 4. cod. Archi-Episcopos & reliquos non extra provinciam; sed tantum in qualibet Ecclesia, etiam exempta, Clem. 2. de privileg. Panorm. in c. 1. num. 7. hic. sive provinciae inter missarum solemnia, can. contra morem. dif. 100. c. cum fit.

§. 6. hic permisso diebus, & in majoribus festivitatibus in concessione Pallii expressis: c. extuarum. cum c. seq. & c. fin. cod. si contingat eos processionaliter egredi templum, Pallio uti non posse, etiamsi sacris sint induiti vestibus: d. c. 1. in fin. cod. ut nec si celebrent sub tentorio, aut in domo aliqua privata intra provinciam suam. Panorm. in d. c. cum ss. Quia vocati quidem sunt in solitudinis partem, non potestatis plenitudo incm. d. c. ad honorem. 4. & quia pallium datur personae ratione loci; eoque eo non uititur extra provinciae sue limites: c. cum super. c. ex tuarum. 5. cod. licet confutudo sit in contrarium. d. c. extuarum. 5.

Utitur tamen aliquando, sed tribus concurrentibus; puta, necessitate consecrationis vel ordinationis, consensu Diaecsan, non requisita Metropolitani licentia, & privilegio Summi Pontificis. d. c. extuarum. & ibi Joan. Andr. in verbo: permittat. & Panorm. num. 3. & Dd. commun.

Dies permitti & solemnitas, quibus pallio uruntur Archi-Episcopi sunt; Natalis D.N. Iesu Christi, ejusque circumcisio, dies festus S. Stephani, S. Johannis Evangelista Epiphaniae, palmarum, cana Domini, octava Pentecostes, Nativitas S. Johannis Baptista, dies festi omnium Apostolorum. Item cum Ecclesiis consecrant, clericos ordinant, Episcopos sacrant, & in diebus Ecclesie solemnibus, & die anniversario dedicationis Ecclesie sue. Gloss. in d. e. ad honorem. 4. hic.

Archi-Episcopus pallio ipse uti debet, & alteri non potest com- 15 modare; Durard. in ration. divin. offic. lib. 3. cap. 7. Sylvest. in sum. verb. Pallium. ad fin. quia coheret personae; quia defuncta cum ipsa sepeliri debet. d. c. ad hac. & ibi Gloss. Quod iuri Civili repugnat; quo nemo cum ornamento sepeliri potest. l. fin. §. fin. ff. de aur. & arg. leg. l. at se quis. §. fueris causa. ff. de relig. & sumpt. funerali.

Archi-Episcopus qui renuntiavit Archi-Episcopali loco, perdit usum Pallii. c. ad supplicationem. derenuntiat.

Translatus ad Episcopatum alium, defert secum Pallium, non 16 tamen eo in secunda Ecclesia potest uti, sed habebit aliud de novo: c. bona memoria. 4. de postulat. & mortuus cum utroque sepelitur: Panorm. in d. c. bona memoria. num. 27. & in c. 2. num. 7. hic & in sua provincia ipsum habebit circa humeros infra planetam; si vero sepeliatur extra provinciam, ponendum sub capite defuncti. Casteld. a. cap. 10. num. 12. & 13.

Q. 3

TITU-

Corvinus

De Personis

Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV

32

TITULUS XI.

De vita & moribus Episcoporum.

SUMMARIA.

1. Continuatio.
2. Qui hic veniant Episco- 7. Prædicationi quomodo.
- porum nomine.
8. Quæ in Eo requirantur virtutes.
3. Perfectio Episcopi in 9. Non debet esse litigiosus.
- quibus præcipue consi- 10. Esse à secularibus ne-
- stat. (beat. gotius alienus.
4. A quibus abstinere de- 11. Pudicus.
5. In corrigendis Clericis 12. In vestitu decens.
- quomodo se habere,
6. Quibus insistere, debeat. 13. Clerum suum hono-
rans.

HAec tenus de Episcoporum creatione; restat, ut quales in vita & conversatione esse debeant, enarrremus.

2 Episcoporum nomine hic continentur, non ipsi tantum Episcopi simplices, seu Diocesani, verum etiam Archi-Episcopi seu Patriarchæ, vel Primate. *Barbos tract. de appellat. verbis, utriusq. Juris appell. 89. ex num. I.* Quod enim ad vitam & mores attinet, sicut & de officio communis, & cura pastorali, dicta de Episcopis ex sententia Canonum; & dicta intelliguntur de Prælatis Superioribus.

3 In Sacris Canonibus de moribus ac sanctitate vita Episcoporum fuerunt sancita plura, quæ explicare decrevimus; præcipue ea quæ Ipse Apostolus Paulus specialiter enumerat: *in I. ad Timoth. 3.* ubi dicit; *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse:* Quod ad Titum 2. scribens, declarat consistere in duobus maximè; scilicet in *exemplo operum, & in doctrina verborum.*

Debent

Debet ergo primò; hoc est, non tantum decet; ut accipitur verbum Debet in c. i. de *désp. imp. ubi Abb.* sed necesse est, ut Episcopi sint sine crimine, id est, sine gravi peccato; *can. i. dist. 8.* & populum, cui præsumt, conversatione & innocentia præcellant. *cap. oratorium. 3.* *vers. Oportet Episcopum. dist. 25.* Sustinet enim Episcopus monitoris personam; quam nemo suscipiat restè (ut inquit Symmachus. *in c. nemo. dist. 81.*) nisi qui moribus suis aliorum errata condemnat. Unde D. Athanasius *in adhortat. ad Monach.* inquit, *vita vestra jubeat, lingua sua- deat, quia plus auctoritatis exemplum, quam sermo gestat,* alioqui, teste Gregorio: *c. 2. §. porrò. in fin. & c. seq. 3. qu. 7.* *Cujus vita despiciatur, ejus quoque predicatione contemnitur.* Nihil est magis, quod ad pietatem, & Dei cultum alios affiduè adstruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt: *Concil. Trident. sess. 22. de reformat.* *cap. I.* Quomodo enim Praeses Ecclesiæ potest auferre malum de medio ejus, qui in delicto simili corruerit, aut quā ratione corrumpere peccatum potest, cum tacitus sibi ipse respondeat ea admisisse, quā corripit. *c. ult. dist. 25. vide &c. I. dist. 49. c. 2. dist. 82. c. præcipue. I I. qu. 3. c. nulli. 25. dist. I.*

Debet ergo quisque Prælatus ostendere se subditis honorum operum exemplum. Alioqui, si perverse agat, *plus occidit exemplo, quam gladio:* ut inquit Gregorius *in Pastorali.* & *plus peccat exemplo, quam culpa:* Quia ipsius factum à subditis de facili trahitur in exemplum: *c. magna. de voto.* juxta illud Eccles. 10. secundum *Judicem populi.* sic & mihi *reijus,* & *qualis Rector civitatis est,* tales habitantes in ea. Et ideo imputantur Prælati subditorum errata: *c. quicquid. I. qu. I. c. irrefragabilis. de offic. Ordin.* Quia Prælati error multos involvit, & tantis obest, quantis praest: *Bernardi I 27. epist. ad Guilielm Comit.* in modo si perverfa unquam perpetrat, *tot mortibus dignus est,* quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit. ut ait Greg. *in pastorali. p. 3. cap. 5.*

Secundo; Debent Episcopi ab improborum commerciis abstinerere: *4.* *c. pervenit. 2. qu. 7.* Confortia enim malorum, corruptunt bonos: *c. sape. 28. qu. 1.* Habeant ergo secum viros testimonii boni. *c. fin. 2. qu. 7.* & familiam eam quæ vitæ, morum, vestitus etiam exemplo ceteros ad virtutis excent imitationem. Non sufficit, inquit D. Hieronymus. *lib.*

Corvinus
De Personis
Benedicti Ecclesiastici

G IV

32

lib. I. contra Pelagian. Episcopo propriam habere pudicitiam, nisi etiam comitum, & ministrorum pudore decoretur.

Quia propter præcipitur Episcopis, in c. interdixit. cum seqq. dist. 32. c. I. dist. 34. & per tot. dist. 81. & c. cum Pastoris. 2. qu. 7. ut habent domi, in cella, & ubique fuerint, Comites Clericos, quorum vivant testimonio bono, qui scilicet castitatis, morum, fidei & doctrinæ, sint testes, quique inserviant ipsis & custodian.

Monet etiam Concilium Tridentinum seq. 2. cap. un. ut familiares suos instruant & erudiant; nè sint vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemii, & voluptatum amatores; sed in vestitu & cultu, & omnibus affectibus honestatem præ se ferant; sicut decet ministros ministrorum Dei. Maximè, cum, ut inquit Cassidorus lib. 4. varior. epist. 3. de Charitate servientium crescat fama dominorum.

Tertio; Debet Episcopus in corrigendis Clericis & Laicis magis charitatem quam potestatem exercere; nè dominari magis, quam consolere subditus velle ostendat: can. licet. dist. 45. & proinde eos dissidentes magis debet compellere ad pacem, quam ad judicium, d. can. licet. nè quod provisum est ad concordiam, scilicet ut unus prefat alius, nè fiat schisma, ut c. legimus. dist. 93. c. ad hoc. dist. 99. tendat ad dissidium. Quod esse non debet. arg. l. quod favore. c. de legit.

In corrigendo tamen lenitatem cum severitate debet miscere: c. sunt namq. dist. 45. Ita enim Apostolus. I. ad Timoth. 4. illum monet, inquiens, Argue, obsecra, increpa, in omni bonitate, & patientia, ut referatur in c. I. & c. cum Beatus. d. dist. 45. Quippe Rectoribus inesse debet justè consulens misericordia, & piè faviens disciplina, ut nec in disciplinæ rigore mansuetudinis benignitatem: nec rursus in mansuetudine, distinctionem deserant disciplinæ: quoque severius castigare est necessarium, non favientis, c. importuna. de pœnit. dist. I. & c. quia divinitatis d. dist. c. cum sancti. 24. qu. 3. plectant animo; sed medentis. c. prodest. 23. qu. 5. c. odio. dist. 86.

Caveat autem Episcopus omnino; nè perversè agentes perversè que agere post monitionem perseverantes; fac. c. nisi. ubi Abb. de officiis. connivendo toleret. Culpam enim facientis habet, c. inferiorum. c. scientis. dist. 86. c. si custos. 27. qu. I. qui quod potest emendare, neglit; & errorem cui non resistit, cum possit, fac. c. ita plane. 23. qu. 4.

qu. 4. approbare censetur. c. error. dist. 83. Hinc ait Augustinus *in can.* qui nec regimini. 2. qu. 7. Episcopos, qui non corrigunt sacerdotum criminis, magis esse appellando canes impudicos, quam Episcopos: eos verò qui malorum laudibus gloriantur, Pastores miserrimos Anacletus appellat; *in c. nihil d. dist. 83.* qui videlicet sibi placere, & à malis subditis amari elegerunt: *Ex hoc enim,* inquit, *ovibus magna pernicies oritur.* Gregorius VII. eos reprehendens graviter, ab officio suspenderdos esse decernit. *in can. i. dist. 83.*

Quartò, requiritur in Episcopo, & quidem in primis, ut *lectio-* 6
& *orationi* insistat, nec non *predicationi:* rot. dist. 63. & 64.

Lectio & *orationi;* putate, ubi non fuerint in curis Episcopali bus occupati: c. fin. d. dist. 68. c. fin. 2. qu. 7. singulis quoque diebus Missæ tenentur offerre sacrificium, vel saltem interesse celebranti. *Concil. Araufican. can. 3.* nam absque causa rationabilis sine Missa non deceat eos transfigere diem ullam: c. fin. de privileg. in 6. *Sylv. in sum. verb. missa.* 2. qu. 1. Debent etiam dominicis & festis (nisi infirmitate fuerint impediti) interesse in sua Ecclesia Cathedrali divinis officiis: c. *Episcopus de consecrat.* dist. 3.

Predicationi insistere debet Episcopus: Nam præconis officium suscipit, quisquis accedit ad Sacerdotium. fac. c. baptismus. de consecr. dist. 4. c. director. dist. 43. Hinc Episcopus vel Presbyter, appellatur Angelus, qui vel æternam annuntiat prædicando vitam: *Augustin. super Apocal. tom. 9.* juxta præceptum Domini *Isaia 58. Clama, ne cesses, quasi tuba, exalta vocem tuam.* & 2. ad *Timoth. 4. Predica verbum.* Est enim hoc proprium Episcoporum munus. Unde Apostolus, 1. ad *Corinth. 4.* ait: *Nom misit me Dominus baptizare, sed evangelizare:* & *Joan. 3. 1. ut in Concil. Toletan. can. 2. Constantin. 6. cap. 16. Trident. sess. 5. cap. 2.* & *sess. 8. qua est. 24. c. 4. dereform.*

Sed populum prædicando doceat illa, non quæ illi suaserit caro vel sensus humanus, c. fin. dist. 36. sed quæ ipse didicerit. Quapropter sacris literis eum jugiter insistere oportet: nec enim sufficit bona conversatio, nisi doctrinæ addatur scientia. c. qui *Ecclesiasticis. dist. ead. fac. can. si justa. dist. 38. & ibid. can. omnes Psallentes.* Unde D. Chrysostomus dicit *homil. 15. sic;* *Ut quid dicit Apostolus: Oportet Episcopum esse Docto-*

R

Docto-

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

Doctorem, nisi ut doceat? Nec satis est, quod doceat exemplo vita, immo operatur eum laborare in verbo & doctrina. Profecto si presul non potest gratia doctrina, plurimae Ecclesiastica doctrina exempla peribunt; quomodo enim lucerna, si non lucet, profecto inseparabile est lucere a lucerna: tenetur ergo lucre, quem Dominus voluit habere officium lucernae.

8 Præterea requiritur quinto, & quidem secundum Apostolum, ubi supra & Canones, tot. dist. 45. ut sit Episcopus virtutibus ornatus: Namque docent Episcopos in vita moribus debere esse prudentes, sobrios, modestos, humiles, sanctos, justos, continentis, honestos, pudicos, & moderatos hospitales: ut in princ. & cap. fin. d. dist. 43. can. qui Episcopus. dist. 22. can. nos qui. dist. 40. can. viliissimus. 1. qu. I. can. contra morem. dist. 100. Unde Concilium Carthaginense IV. de quo in d. can. Episcopus. dist. 42. præcipit, ut supellestilem vilem habeat Episcopus, & mensam & victum pauperem, & querat dignitatis suæ auctoritatem meritis & fidei, & vitae.

Prudentes esse debent Episcopi, ut dicit dicto loco Apostolus: Etenim ut legitur in can. 2. dist. 23. qui Episcopus est ordinandus examineatur antea, an sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si pervigil, si semper suis negotiis cavers. &c. Vult etiam ibidein Apostolus; Episcopum debere esse domui sua bene præpositum; ut scilicet etiam temporalium negotiorum ac rerum familiarium habeat notitiam; si enim, inquit, domui sue præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam adhibebit? vic de can. sicut i. 8. §. necesse. dist. 47. & c. fin. dist. 39.

Non tamen per se ipsum incumbere debet rei familiaris curæ, sed habere debet pro rebus externis *Vicedominum*, & *Oeconomum*, qui possit vel hospitibus supervenientibus, vel caussis quæ eveniunt, paratus existere. c. volumus. dist. 23.

Debet etiam esse *sobrius* Episcopus; Ignominiosum enim est affluere epulis, inter quos difficulter servari potest pudicitia; can. Ecclesiae. dist. 23. Debent Prælati, ut admonet D. Hieronymus ad Micheam cap. 2. relatus in can. Ecclesiae. dist. 35. nec lautis epulis uti, nec inter epulas & convivia affluere. Ideo Concilium Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1. monet Episcopos modesta supellestili, mensa, & frugalivictu, contentos esse debere, sacra lectio ad mensam eorum recitetur, ut in can.

can. pro reverentia. dift. 44. mensam quoque benedicant, antequam comedant, referantque Dao post cibos gratiam. can. licet. d. dift. 44.

Nec debet Episcopus esse *vinolentus*; *Apostolus* 1. *ad Timoth.* 3. can. *Episcopus cum seqq. dift. 35. & dift. 44. per tot.* Si quidem ubi ebrietas regnat, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia deviant, judicia subvertuntur. Econtra vinum moderate sumptum, & corpori & animo multa praestare solet bona: Cujus propterea moderatus usus ab ipso Apostolo laudatur.

Debet sexto etiam Episcopus esse *hospitialis* & *liberalis*; tot. dift. 42. can. un. dift. 85. Quia, (ut inquit Gregorius relatus in can. fratem. dift. 86.) *domus Episcopi ad hoc est instituta, ut sine personarum acceptance, omnes in hospitalitatem recipiat.* In Concilio Aureliano, de quo in can. 1. dift. 82. sic legitur: *Episcopus pauperibus vel infirmis, qui debilitate faciente, suis manibus laborare non possunt, victum & vestimentum, & quantum sibi possibile fuerit, largiatur; quod & de viduis & orphanis expressum in can. 1. & can. divina. dift. 87.*

Unde Cabilonense Concilium dicit, eis commendatas fuisse commendatos, ut debiles, pauperes, viduae, orphani, & necessitatem patientes, à Sancta Ecclesia tanquam pia matre accipient subsidium; ac proinde rebus Ecclesiae uti debent tam non tanquam propriis, sed commendatis; can. sine acceptance. 12. qu. 2. & ibid. can. res Ecclesiae. imo egentium propriis. test. D. Bernard. in 40. epist. ad Henric.

Et idē Concilium Tridentinum sess. 25. de reformat. cap. 1. prohibuit Eos, consanguineos, aut familiares ex iis ditare.

Septimō, debet Episcopus *vitare litigia, & contentiones:* can. 1. & 9 per tot. dift. 46. can. *Episcopus.* dift. 88. Ait enim hoc *Apostolus* 1. *ad Timoth.* 3. intelligens per ea, contentiones vanas & supervacaneas, lites captiosas, iurgia frequentia. Rationes prohibitionis sunt quinque: 1. Quia non debet de ore Episcopi benedictio & maledictio simul egredi: 2. Episcopus deber mitis & humilis esse. 3. Esse mansuetus, patientis, corripiens quidem, sed cum modestia. 4. Quia, ut ait Augustinus, *nihil est similius actibus Daemonum, quam litigare.* 5. Et litigare est officium personae contemptibilis. *Turrecrem.* ad sum. dift. 46. n. 4.

Episcopus igitur ab hujusmodi litibus, & ab omni seculari negotio.

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

132 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

tio debet esse alienus. *can. te quidem. 11. qu. 1.* Itaque non potest esse fidejussor, *c. clericis. de fidejussor.* procurator litium, advocatus, *can. fin.* cum *Gloss. 5. qu. 3.* executor testamenti, nisi quoad legata ad pias causas; *l. nulli licere. 28. S. 1. C. de Episc. & Cleric.* possessionum conductor, *can. Episcopio. 14. qu. 1.* viduarum, pupillorum, peregrinorum, curator; puta per se; potest per Archidiaconum. *dist. 84. per tot. & caus.* 21. qu. 3. *per tot. can. precipimus. 12. qu. 1.*

11 *Ostendebet Episcopus esse pudicus, & domesticorum mulierum immoderatam famiharitatem vitare: can. 1. dist. 34. Abb. in c. l. num. 3. de cohabit. Cler. & mulier.* Quapropter in Concilio Moguntino legitur *ind. cap. 1. & C. fac. can. interdixit. dist. 32.* statutum, ut nullus Sacerdos foeminas, de quibus suspicio esse potest, retineat.

12 *Non debet Episcopus per decentiam habitus, intrinsecam indicare morum honestatem. dist. 40. per tot. Clem. 2. de vita & honest. Cleric.*

Et ideo, si, præterquam ex urgenti causa; *c. pen. de eo quod met. caus. c. quoni am. eod.* indumentis præter ordinis ac officii decorum, præseruum publicè luxurietur, ejus impudentia variis modis, non minus recentioribus, *d. c. quaniam quam antiquis Pontificum decretis, c. pen. eod. tot. dist. 41.* coercetur.

13 *Decimo debet Episcopus si ut talis honorari vult à Clericis; eos ut Clericos honorare:* Nam ex quo Prælatus non servat reverentiam subdito, nec subditus servare tenetur Ei. *Gloss. verbo subtrahat. in can. cum beatus. dist. 45.* Et sciant Episcopi. (ait Hieronymus in can. est c. dist. 35.) Sacerdotes se esse, non Dominos. Unde Concilium Baecharense, *in can. c. caus. 10. qu. 3.* statuit, ut Clerici servili more in aliquibus operibus Episcopo servire non cogantur. Et Carthaginense IV. *in can. Episcopio. dist. 95.* ut Episcopus extra Ecclesiam sedens Presbyterum stare non patiatur.

In summa cum pro populo Episcopi suffragatores parentur ad Deum, necesse est, ut omni genere virtutum nitantur habere gratiam Ejus; Quia cum is qui displicet, mittitur ad intercedendum, irati animus ad deteriora provocatur. *princ. d. dist. 49. can. in gravibus. 3. qu. 7.*

TITU-

TITULUS XII.

De Translatione.

SUMMARI A.

- | | |
|--|--|
| 1. Translatio quid? | Translatio. |
| 2. Ejus qua requisita? | 7. Cur eam concedere possit Papa. |
| 3. Persona ad transferendum quae apta. | 8. An ad eam cogi possit Episcopus. |
| 4. Causa translationis qua: Qualis? | 9. Quando per eam à veteri Ecclesiâ liberetur. |
| 5. Veterum Translationum exempla. | 10. An suam repetere possit. |
| 6. Cujus auctoritate fiat. | |

VT Archi-Episcopi, licet confirmati & consecrati, exstinguitur potestas, si Pallium non accipiat; ita & Episcopi, per Translationem, Renuntiationem, & Depositionem, seu, Degradationem.

Erit Translatio, seu, Mutatio, can. mutationes. 35. caus. 7. qu. 1. nihil aliud, quam vinculum quo Episcopus cum priore Ecclesia erat junctus, dissolutio, & ad alteram Ecclesiam transitio. c. in cassis. 30. in fin. de dict. c. 2. in fin. de postulat. Pralat. velut definit Balzamon. ad can. 15. Concil. Nic. de diocesi in diocesia traductio.

In ea consideranda sunt duo: Nempe Ejus Requisita & Effectus.

Requisita sunt tria: 1. Persona transferenda ut sit habilis: 2. Causa transferendi ut sit justa; 3. Persona qua transfertur, ad transferendum ut sit apta.

Personâ transferenda hic est Episcopus: Licet & alii superioris, c. 3 dilectus. de probend. c. bone. 4. de postul. pralat. & inferioris gradus Sacerdotes, vel alii Clerici possint, sed hi cum concessione suorum Episcoporum,

R. 3 rum,

Corvinus
De Personis
Ecclesiasticis

G. IV

32

rum, ad alias transmigrare Ecclesias. *can. 3.7. Episcopus. 7. qu. 1. c. ad. monet. 4. de renuntiat.*

Monachis ad alia monasteria transire non licet, nisi strictioris religionis obtentu. *cap. licet. 18. de regular. & transiunt. ad relig.* Qua de re infra.

4 Causa translationis, est communis utilitas atque necessitas. c. quanto. 3. vers. non enim homo, hic. d. c. mutationes. & can. scias. 3. 5. caus. 7. qu. 1.

Quamvis enim olim quidem à Sanctis Patribus tradita fuit regula, quod non liceat Episcopo relinquere Ecclesiam suam, & transire ad aliam. *can. Episcopum. 2. 5. d. cans. & qu. Ratio*, est, quod unusquisque secundum vocem Apostolicam in *I. ad Corinth. 7.* manere debeat, in quo est vocatus: *can. Clericus. 1. caus. 2. 1. qu. 1. cap. quanto. 3. vers. quia vero. hic.* Et sicut iusti matrimonii vinculum inter virum & uxorem non solvit; ita neque spirituale fœdus conjugii inter Episcopum & Ecclesiam dirimitur. *c. licet. hic. can. sicut. 7. qu. 1.* Episcopus enim Ecclesia sua sponsus est; quod utique perhibent & annulus desponsationis, & virgo commissionis; ut ait Petrus Damiani in epist. C. lib. 1. D. Hieronymus in epist. 83. ad Oceanum; inquit; In Nicena quoq. Synodo à Patribus est decretum, nè de alia ad aliam Ecclesiam Episcopus transferatur, nè virginū paupercula societate contemptā, ditionis adulterā & quarat amplexus.

Ea tamen procedit, nisi aliud suadeat utilitas aut necessitatis ratio, que, ut diximus, justam translationi præbent caussam. *d. c. mutationes. cum seq.* Ut puta propter hostiles incursionses jure fit translatio; *can. temporis. 7. quest. 1.* (quibus tamen cessantibus ad priorem locum redire debet Episcopus: *can. in apibus. 41. in fin. can. pastoralis. 42. d. c. 7. qu. 1.*) vel si vir præcipua doctrina & eloquentia in aliam transferatur Ecclesiam, cuius Episcopus plebi docenda minus sit idoneus: vel etiam adducatur ob religionis & pietatis cultum in periculum. Atque ita B. Gregorius Nazianzenus ab Hasiniis translatus est Constantinopolim. Zonaras & Balsamon ad d. can. 15. Imò D. Petrus Apostolorum Princeps primò possedit Cathedram Episcopatus in Antiochia, & propter utilitatem est translatus Romam. Anastasius in Petro & d. can. mutationes.

Trans-

Translatio primò fiebat Episcorum decreto; can. *Episcopus. d. 6*
qu. 1. Postea placuit ut Pontificis accederet auctoritas. c. 1. 2. 3. hic.
 Quia licet Episcopus electus pro arbitrio renuntiate possit juri suo; c. in
 presentia. de renuntiat. nec ab initio quis invitus cogatur acceptare Epis-
 copatum; can. *gesta. can. ubi ista. dist. 74.* tamen postquam confirmata
 vel consecratus est, non potest auctoritate propria, propriam des-
 terre Ecclesiam, &c se transferre ad aliam: c. 2. 3. & ult. hic. adeò ut si
 contrafecerit, privetur utraqie. d. c. 3. Ratio est, tum quia causæ ma-
 jores, cuiusmodi est Episcopi translatio; & aliae, certis versibus à Glossa
inc. inter corporalia. 2. hic comprehensa, referendæ sint ad Apostolicam
 Sedem: tum quia inter Episcopum sive Prælatum & Ecclesiam quad-
 dam initiatur per electionem, ratificatur per confirmationem, consum-
 matur per consecrationem spirituale matrimonium: d. c. ult. ac proin-
 de solvi potest, & ad Ecclesiam aliam transferri Episcopus solius auctor-
 itate Pontificis; d. c. 2. & 3. quia quod coniunxit Deus, non separat
 homo; d. c. ult. Ergo, qui Christi vices gerit in terris: d. c. 3. vers. qui
 non puri hominis. & d. c. ult.

Indulgentia verò Ejus strictè est servanda; ut si ad majorem prior-
 redignitatem transitum concessit, non auxiliatur transire cipienti ad
 pacem. c. ult. hic. & ibi Glossa.

Sed quæret fortasse quis; Cur Papa magis dissolvere possit hoc
 matrimonium spirituale, consummatum, quam carnale consumma-
 tum? Ratio est; Quia hoc introduxit Christus ad significandam Chri-
 sticūm Ecclesia indissolubilem per carnem assumptam unionem; &
 proinde omnimodam habet ratione hujus significationis indissolubili-
 tam: Illud verò, etiam consummatum per consecrationem, non ha-
 bethanc significationem; uti nec matrimonium carnale ratum & non
 consummatum; quod proinde per religionis ingressum dissolvi potest;
 ut dicitur postea. Vallenf. in par. hic. num. 3.

Quo pacto ergo dicit Innoc. *in c. inter corporalia. 2. hic.* vinculum
 matrimonii spiritualis esse fortius vinculo carnalis? Respondeo. Non
 dicit esse fortius respectu omnimodæ indissolubilitatis; quandoqui-
 dem modis dissolvitur variis; sed quoad respectus alios; veluti quia
 per matrimonium spirituale solvi potest carnale; & spirituale ad setra-
 hit

Corvinus
*De Personis
 Penit. Ecclesiasticis*

G IV

32

hit carnale, non è contra. Nam, *ut dictum*, matrimonium carnale ratum, non consummatum, dissolvitur per religionis ingressum, etiam invito altero: *c. publico. de convers. conjug.* & post matrimonium carnale, etiam consummatum, mutuo consensu possunt conjuges profiteri religionem: *ut dicetur possea:* è contrà verò matrimonium spirituale non dissolvitur per carnale, nec semel religionem professi, possunt postmodum matrimonium contrahere carnale. Accedit quod spirituale operetur fortius, propter characterem quem imprimit, qui post mortem durat: cum interim carnale morte dissolvatur. *Vallenf. d. lo-*
co. Zaf. in comment. ibid. num. 3.

8 Dubitatur, an Episcopus possit transferri invitus? Quod videret respondendum per *can. pen. & ult. 9. qu. 13.* Quò facit obedientiae promissio, quā Romano se obstringunt Pontifici Episcopi. Facit & *tex-*
tus in c. queris à nobis. 6. de stat. & qualit. ordinand. ubi, qui ad altiorem ordinem noluit adscendere, Ecclesiae ita postulante utilitate, compilendus dicitur per bonorum amissionem & beneficiorum subtractiō-
nem. Goffred. in sum. bic. num. 4. & t̄bid. Hostiens. num. 6. Loca repugnantia in *caus. 1. & 2. dist. 74.* sunt accipienda in casu eo, quo vel non
urget Ecclesia necessitas, vel de laico non ordinando invito. Abbas in
c. questum. 6. de rev. permur.

9 Translatione concessa Episcopus ab Ecclesia, cui adstrictus, non post adeptam, ut quidam volunt, secundae possessionem, sed statim absque alio consensu per absolutionem liberatur; *Rota decis. 475. p. 1. recent.*
Maffobr. in sua praxi. habendi concursum. requis. 1. Barbos. iur. Eccles.
Univ. lib. 1. cap. 19. num. 37. facultas transeundi per literas dimissorias conceditur, & Pallium ad nomen & usum ejusdem Ecclesiae, si Translati hoc nequirat dignitas, transmittitur. *c. bonae memoriae. 2. §. fin. c. gra-*
tum. in fin. de postul. c. in causis. 30. de elett.

10 Translatus novam consequitur Ecclesiam, perinde ac si ad eam ele-
ctus esset, ac confirmatus priorem repetere non potest, nihilque post
translationem cum ea habet commune. can. eos. 7. qu. 1. cap. quod in da-
bis. de renunc. *can. si quis jam. 3. caus. 21. qu. 2.* Quia desinit esse illius Ecclesiae Episcopus, à qua est translatus. *can. in opibus. 41. vers. transla-*
tus enim. caus. 7. qu. 1.

Quotamen effectus locum habet in translatione utilitatis communis gratia facta; nam cum propter necessitatam facta, cessante hostilitate ad priorem Ecclesiam redire debet. d. can. in apibus. 41. in fin. c. pastoratis. 7. qu. I.

TITULUS XIII.

De Renunciatione.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| 1. Renunciatio quid. | 12. Quotuplex. |
| 2. Ejus substantia, ut a Superiori periore admittatur. | 13. Quomodo differunt. |
| 3. An semper. | 14. Renunciatio sub conditione danda pensionis est Simoniaca. |
| 4. Quis Superior. | 15. In favorem certae personae an fieri possit. |
| 5. Quae ejus partes. | 16. Resignans conditionatiter an amittat beneficium. |
| 6. An per renunciationem admissam vacet beneficium. | 17. Quae beneficiare renuntari possint. |
| 7. De consensu Superioris; an per Procuratorem praestari potest. | 18. Qui possint resignare. |
| 8. An curam animarum habens ingredi potest religionem. | 19. Quae justa causa resignationis. |
| 9. Renunciatio quotuplex. | 20. Qua non. |
| 10. Quae tacita. | 21. Qualis debeat esse resignatio. |
| 11. Quae expressa. | 22. Quis |

S

22. Quis

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

23. Qua circa eam Regula
Cancellaria.

Quæ electione, postulatione, translatione quæruntur, per-
duntur Renunciatione. l. si quis in conscribendo. C. de past.
Gloss. in c. si diligenter. in verbo, pacto. de foro comp. l. queritur.
S. si vendor. ff. de Edil. Edict. de qua nunc est dicendum.

Eit in genere sumpta, nihil aliud quam juris proprii abdicatio seu
cessio spontanea. Hofiens. in sum. tit. de past. §. 1. num. 6. Petr. Gregor.
in Syntagma. jur. univ. lib. 17. cap. 17. num. 13.

Proprii juris dieo; quia juri tertio acquisito, renuntiare aut illud
resignare nullus potest. l. suni versè. Cod. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.
l. obseruare. in fin. ff. de offic. Procons. c. dilectio. in fin. de prebend.

Pressius, ut hic, sumitur, est dignitatis vel beneficii seu officii ob-
tenti; seu juris, quod in eo quis habet, spontanea, libera, & legitima, à
Superiore admissa dimissio.

Dixi dimissio; generis loco; Complectitur enim quemcunque
actum, per quem quis à se ius proprium abdicat. Mandos. in reg. de infir-
mis. qu. 13. num. 18. Petr. Gregor. d. lib. & cap. num. 14. Barbos. jur. Ec-
clesi. st. univ. lib. 3. cap. I 5. num. 2.

Dixi legitima; ut excludam Renuntiationes à Jure reprobatas;
qualis est illa in qua intervenit dolus; quæ beneficij alieni, quæ fit co-
ram Ordinario sine causa legitima; quæ nullius sunt momenti. c. super
hoc. hic. c. ad audientiam. de his quæ vi. c. dilectio. in fin. de præbend.

Dixi beneficij; quia ad veram & propriam Renuntiationem re-
quiritur, ut Renuntians jus habeat in re; nec enim jus ad rem sufficit.
Quod cedi, non renuntiari proprie dicitur. Petr. Gregor. d. loc. num. 2.
Promiscue tamen hæc verba, renunciare, cedere, resignare, sumuntur.
Flamin. Paris. de resig. benefic. lib. I. qu. I. num. 70.

Dixi spontanea, libera; quia coacta est momenti nullius, c. super.
hoc. 5. hic.

2. Dixi legitima, à Superiore admissa; ut ostenderem esse de Renun-
tiationis substantia, ut admittatur à Superiore. Dd. in c. admonet. hic. Re-
buff. in reg. de infirmis. gloss. 12. num. I. Menoch. remed. I. recuper. num.

374. *Navar.* in c. accepta. oppos. 7. num. 28. *Gonzal.* ad reg. *Cancell.* gloss.
 14. à num. 21. *Garcias de benef.* part. 11. cap. 3. num. 219. cum seqq. quia
 sicut miles sine permisso sui Ducis non potest deserere militiam; vide
Enarrat. Cod. nostram. tit. de re milit. & de his qui non implet. stip. sacram.
 &c. ita dignitatem vel beneficium Ecclesiasticum, etiam minimum ha-
 bens, renunciare ei sine Superioris consensu non potest. c. admonet. 4.
hic. Nam præterquam, quod contrahatur quoddam inter Prælatum &
 dignitatem spirituale matrimonium, auctoritate propriâ indissolubile;
 quodlibet beneficium officium habet adjunctum Ecclesiasticum; c. ult.
 derescript. in 6. quod est publicum: cuius absque Superioris auctorita-
 te facta renuntiatio est nulla; *Innoc.* in c. quod in dubiis. num. 1. hic per
 text. in c. non oportet. 7. qu. 1. scilicet quoad Ecclesiam seu Superiorem;
 qui sc. velit, ea non obstante, officium suum obire, cogere potest Re-
 nuntiantem: d. e. admonet. si nolit, sponte Renuntians scipsum exclu-
 dit & privat. c. ex transmissa eod.

Superioris tamen *auctoritate* non opus in *Renunciatione* litera- 3
 rum, ad beneficia, aut juris ad rem seu beneficium competentis per ele-
 ctionem, præsentationem, &c. sec. *Garc. d. loc.* num. 247. ut nec bene-
 ficii litigiosi. *Garc. d. loc.* num. 243.

Superior legitimus hic est, non *Collator*; sed *I.* qui instituendi &c. 4
 destituendi habet potestatem: *Gloss.* in *Clem. un.* *bic.* *Flamin. lib.* 7. qu.
 10. pertot. & qu. 15. & 16. *Azor.* in *st. moral.* part. 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *qu.* 7.
 Nam *Renunciationem* admittere est jurisdictionis. Proinde facienda
 in manibus ejus, ad quem pertinet, ut *institutio*, sic *destitutio*. *Martin*
ff. Noviss. tit. *Resignatio.* cap. 1.

Talis est Papa; c. an. deniq. 6. qu. 3. *Flamin. d. lib.* 7. qu. 11. Lega-
 tus à latere, c. si *Abbatem.* §. si. *de elect.* in 6. *Flamin. d. lib.* 7. qu. 13. *Epi-*
scopus, can. nullus. 16. qu. 7. d. c. admonet. 4. *bic.* *Vgolinius.* de potest.
Episc. cap. 50. §. 18. in *princ.* *Gonzal.* ad reg. 8. *Cancell.* gloss. 14. à num.
 21. Inferior Episcopalem habens jurisdictionem: *Flores de Moniva-*
rari. lib. 3. qu. 28. num. 11. omnis Superior Ordinarius Ecclesiasticus
 habens spiritualia: *Fusc. de visit. lib.* 2. *cap.* 28. num. 12. *Flamin. d. lib.* 7.
 qu. 15. num. 18. *Cochier.* de jurisdict. *Ordin.* in *exemptos.* p. 4. qu. 68. in
princ. ut *Coadjutor* datus Episcopo dementi; *Flamin. d. lib.* 7. qu. 20. à
 num.

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

num. 25. darur seni aut infirmo, cum ejus consensu: *Flam. d. loc. num. 23.* Non Vicarius Episcopi, nisi speciale habeat mandatum. *Rebuff. tit. de forma Vicar. num. 106.* Zerol. in praxi Episc. part. 1. verb. Renuntiatio. §. 4. *Garc. de benef. p. 11. cap. 3. num. 255.* Barboſa. d. cap. 14. num. 7. cum seqq. omnino Capitulum Sede vacante utpote Episcopo in jurisdictione Successor. *Quarant. in sum. Bullarii*, verb. *Sede vacante. qu. 10. prope fin. vers. quarti limita. Flamin. d. lib. 7. qu. 23. Garc. d. p. 11. cap. 3. num. 256.* & cap. 3. à num. 75. Nullomodo Laicus, etiamsi in beneficio resignando jus habeat patronatus, & sit Rex vel Imperator. *Flamin. de resign. lib. 7. qu. 9. num. 14. Maſtrill. decif. 31. num. 11. Borrel. sum. decif. tom. 1. tit. 26. de benef. resign. num. 11. Mantic. decif. 260. num. 41. Barboſa. d. loc. num. 10.*

5 Est Superioris, ponderatis omnibus circumstantiis, inspicere, utrum utilius futurum sit Ecclesiae Renuntiationem admittere, an repudiare. Nec enim Renuntiatio, puta verbalis, sine Superioris auctoritate facta ullius est momenti, ut docet Innoc. in c. quod in dubiis. num. 1. hic. per text. ut putat. expressum in can. non oportet. 7. qu. 1. & communis est opinio, tēte Flaminio d. lib. 7. qu. 1. num. 9. sed est, etiam nondum à Superiore admissa, valida; puta respectu Renunciantis; (qui tamen ante admissionem poenitentia potest: *Flam. d. lib. 11. qu. 11. n. 6.*) nulla respectu Superioris eam nolentis admittere.

Est ergo in potestate Superioris, Renuntiationem vel acceptare, & alteri conferre beneficium, vel renuntiatione non obstante, Renuntiantem cogere, ut obeat officium suum, & ad beneficium, si illud deseruit, revertatur. & sic intell. d. can. non oportet & similes.

Nec in hoc casu novo titulo et opus; quia quamvis per realem beneficii dimissionem, amittat beneficiarius possessionem; cum hac quid sit temporale: sec. *Flamin. d. lib. 7. qu. 1. num. 39.* Zabarel. in Clem. 1. hic num. 17. retinuit tamen, quamdui Renuntiatio à Superiore non acceptata, beneficii & proprietatem & titulum. *Innoc. & Abb. in d. c. quod in dubiis. Zabarell. in d. Clem. 1. hic. num. 17. Menoch. de arbitr. casu 201. num. 47. Rota decif. 3. num. 2. de renunc.*

6 Ex dictis patet, per solam Renuntiationem à Superiore non admissam non vacare beneficium; ut vult Lud. Gomez. in reg. de infirmis. qu. 13.

qu. 13. & tenet Rota decis. 352. de renunciat. Nec aduersatur c. admonet. 4 hic ubi, verba dimittere te in consulto non significant te non admonito, sed te non consentiente: ut & aliás consilium à Pontificibus pro consensu, secundum materiam subjectam, accipitur. ut inc. novit. & c. quanto de his quae sunt not. Gloss. in c. venerabilis. de offic. deleg. Multò minus aduersatur c. suscepsum. de rescript. in 6. Loquitur enim non de cessione sola; sed à Superiore recepta. ut text. princ. docet in verbis, resignatione recepta.

Consensus ergo Superioris, ut procedat Renuntiatio, necessarius est; 7 & si ea facta coram Episcopo, aut Inferiore alio, sufficit unus: non si celebrata in Romani Pontificis manu; nam tum, sed de praxi Romanæ Curie, desideratur *duplicatus*: unus, *formalis* & *parvus* dictus, ex supplicatione resignantia, à Papa admissa, resultans, & est de *essentia Resignationis*: alter, *extensus* appellatus, quem praestat Resignans ad Cameram vel Cancellariam: & à tergo supplicationis adnotatur; qui est pro exsecutione: quia sine eo non expediuntur literæ. Cassad. decis. I. num. 4. de renunc. Barbos. jur. Ecul. lib. 3. cap. 15. num. 22.

Uterq; per procuratorem praestari potest. Primum si praestitit procurator, ad praestandum secundum, etiam post Domini mortem, aut revocationem mandati sibi intimata per resonatarium constringi potest; quia perfecta fuit *Resignatio*; cum secundus non, sed primus Papæ consensus, sit de *essentia*. sic limit. reg. text. in Clem. un. de renunt. Flamin. lib. 11. qu. 11. num. 64.

Sed dicta praxis hodiè mutata est, teste Poter. de re benefic. lib. 3. qu. 16. num. 59. & consensus primus in Cancellaria extenditur; & à tergo supplicationis, antequam à Papa signetur, adnotatur. Barbos. d. cap. num. 24.

Queritur, An Presbyter cui animarum cura est commissa, possit, 8 sine consensu Prælati sui ingredi religionem. Videtur respondentium, propter ea, quæ superius in Renuntiacione diximus, quod non: Ettamen contrarium decidit Pontifex in can. duæ sunt. 19. qu. 2. vide hac de questione Barbos. d. cap. 34. & 35.

Porro *Renuntiatio* beneficiorum est duplex: *Tacita* & *Expressa*. 9
Tacita est, secundum omnes ferè Doctores, quæ fit ipso jure, nulla lo
verbō-

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

verborum declaratione interveniente. *Rebuf. in praxi benef. tit. de tenuitate renunt. Flamin. de resignat. benef. lib. I. qu. I. & 2.* Exempla dant duo: *Primum*, qui acceptat secundum beneficium incompatibile cum priore, securā ejus possessione, censetur renuntiare primo: *c. de multa. 28. inf. de probend. Clem. gratia. de rescript. Extrav. excrabilis. Joan. 22. §. qui verò eod. Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 4. & sess. 24. de reformat. cap. 17. Maseard. de probat. concl. 183. Perr. Gregor. Syntagma. jur. univ. lib. 17. cap. 17. num. 22. Horel. de incompatib. benef. part. 1. cap. 13. Vallens. in par. ad b. t. & alii.* Secundum ponunt in eo, qui constitutus in minoribus ordinibus, matrimonium contrahit, *c. quod à te. & c. c. diversi. inf. de Cleric. conjug. Gloss. inc. un. cod. in 6. Covarr. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 3. num. 5. Maseard. de probat. concl. 182. num. 3.* vel fit miles secularis; nam eum volunt tacitè renuntiare beneficio, si quod habet; cum exerceat actum clericatu omnino contrarium. *c. in audience. 25. de sent. excommun. ubi Dd.* Sed neutrum valet. Nec enim beneficiati illi privantur beneficiiis suis, vi alicuius Renuntiationis, sed vi legis & ipso jure; *Navar. in c. accepta. opposit. 8. num. 4. de refit. spoliat.* ut satis innunt textus allegati.

Plenius ergo describenda Renuntiatio; cum Barbosa d. cap. num. 40. Nempe ut sit illa quæ non ex verbis, sed ex actu ad renuntiandum accommodata à jure inducitur.

Talis Renuntiationis exempla habemus: 1. *In c. transmissa. hic. ubi Clericus bona quæ donavit Ecclesiæ, repetit; qui eam propterea dimittere voluisse præsumitur: 2. In c. ex ore. de his quæ fiunt à majori part. capit. ubi ex eo, quod litigans super quadam Præpositura, colliganti reverentiam, quæ Præposito exhiberi debet, præbuit, juri suo renunciasse præsumitur: in c. veniens. & ibi Gloss. in verb. commississe. 3. In c. sane. & ibi Gloss. in verb. reddens. hic. ubi tradens apostolicas literas ordinario suo, renuntiare beneficio videtur.*

Renuntiare non præsumitur, qui se submittit gratiæ adversarii; d. c. veniens. qui subditos ab obedientia dissolvit. c. pen. hic.

II *Expressa Renuntiatio est, quæ si vel verbis ad hoc accommodatis, aut scripto juxta formam ad hoc à jure præscriptam.*

12 *Est duplex; alia Pura & Simplex, alia Conditionalis. Illa est, quæ fit in*

fit in manibus Superioris, adjectâ nullâ pactione, vel conditione, vel modo. c. *pactio*. c. ex parte. N. 12. & ibi *Gloss. in verb. omnino*. & *verb. dimittere*. & ibi *Panorm. num. 4. de offic. deleg. c. tua nos. de Simonia*.

Hac est; quæ in favorem certæ personæ, vel sub conditione, pactione, modo, celebratur, can. apostolica. & ibi *Gloss. 1. in fine. 8. quæst. 1. can. ordinationes*. & ibi *Gloss. in verbo prelio. 1. qu. 2. c. cum pridem. de pact. Cassad. decis. 2. num. 3. & seq. de Simonia. & decis. 4. num. 5. de locat. Panorm. in d. c. ex parte. num. 4. Dec. ibid. vide *Rebuff. de expressa renunt. in praxi*.*

Differunt, secundum Canonistas, duplíciter. Primo, *Pura Re-13 nunciatio*, à Jure est recepta: undè & fieri potest coram Ordinario: tot. sis. hoc. *Rebuff. in praxi tit. de pura resignat. à num. 1. Ripa in c. cum M. num. 25. de constit. Vallenf. in par. hoc tit. num. 2. Conditionalis à jure est reprobata, accedente tamen Summi Pontificis auctoritate, ex praxi & Romanae Curiæ Stylo, admittitur. *Rebuff. in d. praxi derenunt expressa. Mandosa de signat. grat. tit. de ingressu. vers. notandum. Barbo a jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 15. num. 43.* Quanon accedente, si fiat coram Ordinario, in Simoniae incidit labem. c. cum pridem. c. fin. de pact. c. ex parte & ibi post *Gloss. Panorm. & alii Canon. de offic. deleg. d. c. tua nos. de Simonia. Cassad. decis. 2. de Simon. Garc. de benef. part. 11. cap. 3. §. 2. num. 152. cum seqq. Stapil. de liter. gratia. tit. de var. mod. vacat. num. 28. Covarruv. lib. 1. var. resol. cap. 5. num. 3.**

Nec potest Ordinarius Renunciationem hanc, conditione rejectâ, acceptare tanquam puram: *Decius in c. cum venerabilis. num. 1 8. de except. Paris. cons. 10. num. 1 8. lib. 4. videte. c. si beneficia. de praebend. in 6. Clem. un. de rer. permitt. Habetur enim tum pro non facta. Nec enim actus sub conditione celebratus illum, conditione non impleta, sordidetur effectum. arg. §. ex conditionali. Inst. de verb. oblig. item quia. 4. §. 2. ff. de pactis. jux. Bart. in l. Aurelius. ff. de liber. leg. Felin. in c. cum inter. dere judic. cum in forma adimplendus sit specifica. Vide Flamin. lib. 1. qu. 3. num. 15.*

A qua sententia, licet juri consentanea, recedunt Canonistæ non insimi nominis, ut Boër. in tract. de potest. Legati. qu. 2. Covarruv. dicto cap. 5.

*Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G IV

32

cap. 5. num. 5. & alii. nixi auctoritate. can. ecce. 7. qu. 1. c. ex transmissa.
hic c. suscepsum, de rescript. in 6. Sed male, per text. in c. si beneficia. 20. de
præbend. in 6. & in Clem. un. de rer. permitt. Maximè cum objecta loca
loquantur de renuntiatione non conditionali, sed pura. Insurgunt.
Repelluntur à matrimonio carnali conditiones turpes, c. fin. de condit.
appos. ergo magis removendæ à spirituali. text. in c. inter corporalia. de
translat. Episcop. unde istis remotis renunciatio videtur manere pura:
Sed sciendum, matrimonii carnalis ad spirituale æquiparationem, quam
facit Papa in c. inter corporalia. de translat. Prælat. nec semper, nec in hoc
casu esse admittendam: cum conditiones turpes à matrimonio repel-
lantur jure speciali. jux. d. c. fin. vide Barbo. d. lib. & cap. num. 48.

14 Ex iam relatis patet Renunciationem sub conditione pensionis, aut
alterius rei temporalis retinende, factam, esse Simoniacani. Gloss. inc.
ex parte. 12. de offic. deleg. Cassad. decif. 2. num. 3. cum seqq. de Simon. Ro-
ta decif. 46. lib. 2. part. 3. & decif. 96. & 321. lib. 3. Bonacini. de Simon. qu.
4. §. 14. num. 2. utpote qua non gratuita, cum aliquid contineat, quod
rationem pretii habere videatur. fac. c. tuas nos. de Simonia.

Cui resolutioni non adversatur text. in c. nisi essent. 2. L. de præbend.
nec pugnat cum c. ult. de transact. & c. 2. de arbitris. datur enim ibi pe-
cunia citra Simoniae crimen: cum detur non ex partium conventione,
sed pro boni pacis ex arbitrorum providentia. vide Hostiens. ad d. c. nisi
essent. Abb. & Imol. ad d. c. 2. Padil. ad. l. ult. num. 1. 3. Cod. de transact.

Tria tamen in hoc casu requiruntur. Nempe 1. Ut nulla sit par-
tium conventione. 2. Ut arbitri sint opinionis bona. 3. Ut adjudicetur
beneficium Canonicum titulum habenti, vel habere ex actis appar-
enti. fac. c. ex cetero. c. veniens. de transact. Felin. in c. ad audienciam. de
rescript. Gigas de pension. quæst. 6. num. 4. Nec adversantur c. ult. de rer.
permitt. & d. c. 2. de arbitris. Non illud; Quia in ejus casu dicta requi-
sita non interveniunt: & temporalia pro spiritualibus recipiuntur: Non
hoc: quia in eo non propter Simoniam improbatur arbitrium, sed
Clericorum iniquitatem.

15 Sed utrum Renuntiatio conditionalis in favorem certæ alicujus per-
sonæ, nullâ pensione reservata, coram Ordinario fieri possit, acriter inter
Canonistas disputatur: nonnullis eam admittentibus, aliis eam Simo-
nia

niam esse adstruentibus; aliis hoc quidem negantibus, eam tamen canonibus repugnare sacris contendentibus. Singulorum examinabimur sententias.

Priori adhærent sententiae Boër. *in tract. de potest. legati. quest. uni-*
ca. num. II. Sot. *de Justit. lib. 9. qu. 7. art. 2. & Covarruv. lib. I. var.*
resolut. cap. 5. num. 5. duobus fidentes argumentis. Primum est:
 Quod in hac Renuntiatione nihil temporale interveniat, quod pretii vi-
 deatur habere similitudinem, propterea que non sit Simoniaca. *fac. c. 1.*
cum seqq. I. qu. 1. c. tua nos. de Simonia. nec enim conditio inducit Simo-
 niacum. *c. significatum. II. de prabend.* Secundum est; Quia, cum resig-
 natio ex causa permutationis non solum sub conditione virtuali, *Ca-*
non. ad c. un. de rer. permut. in 6. & Clem. un. eod. sed & expressa; ut alter
 alterius habeat beneficium, sit valida & licita, *fac. c. ad quastiones. & c.*
ult. junct. Glossa verbo temporalia. eod. Covarr. d. cap. 5. num. 5. Sot. *d. lib.*
3. quest. 5. art. 2. conditionalis resignatio, ab Ordinariis Collatoribus
 non videtur rejicienda. *arg. c. cum universorum. 8. eod.*

Secundam tenent sententiam, *Glossa in c. ordinationes. 1. qu. 1. &*
1. in c. dilecto. de prabend. & 2. in c. ex parte. il. 1. de offic. deleg. Felin. in
c. ad audiencem. il. 2. num. 3. de rescript. Rebuff. *in praxi. tit. de resignat.*
condit. num. I. Ludov. Gomes. *in reg. de infirmis. qu. 12.* Redoan. *de*
Simon. part. 2. cap. 22. num. 14. Navat. *in manual. cap. 23. num. 107. &*
c. si quando. de rescript. except. 4. Flamin. *lib. I 4. qu. 3. num. 12.* Bonacin.
de Simonia. quest. 4. §. 14. num. 5. Nituitur fundamentis tribus. 1.
 Omnis pactio in beneficialibus habetur pro Simoniaca; & ut talis re-
 probatur. *c. questum. 5. in princ. de rer. permut.* resignatio sub condi-
 tione, *ut conferatur alteri,* habet pactum, *juxt. l. 1. ff. de pactis.* Ergo. 2.
 Resignatio ut valeat, debet esse libera: *c. dilecto. de prabend. c. ex parte de*
offic. deleg. liberam Ordinarii Collationem impedit Renuntiatio in favo-
 rem certi alicujus facta. Ergo. 3. Quia Resignatio reciproca ex cau-
 sa permutationis permittitur specialiter. *d. Clem. un. de rer. permutat.*
 Ergo regulariter prohibita. *fac. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. ma-*
JOR. in integr. restit.

Tertiam sententiam; Neque cum Barbosa *d. lib. & cap. num. 54.*
 sequendam judicamus. Nec enim Renuntiatio hæc potest dici Simo-
 nia.

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

niaca: quia eam ut talem nullalex, sive divina, sive humana, reprobavit. Ergo. *Gloss. verbo dimittere. in d. c. ex parte.* Est tamen illicita; & juri contraria, proinde per Inferiores Prælatos non admittenda: cum pactionem habent adjectam illicitam. *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 14.* Ratio est in can. 5. pleriq. 8. qu. 1. Debet enim elecione liberâ, non jure hæreditario aut affectu aliquo Dei deferri sanctuarium, *juxta text. in can. Episcopo. & can. Moyses. & in can. Apostolica. d. c. 8. qu. 1. c. ad hac. de decim. c. consaluit. de jur. patron. & sic interpret. c. 1. de prabend. ut post Hoftiens. Joan. Andr. Abb. Imol. Dcc. & alios Rebuff. in praxi de dispens. ex defectu natal. num. 25. Ludov. Gomes. in reg. de infirmis. qu. 1. in princ. Mandos. de signature gratia. §. dispensatio super natal. num. 2. Nec etiam potest renuntians, cum beneficij sui sicut tantum administrator, non dominus, c. 2. de donation. renuntiationi conditionem adjicere; *vide Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 7.* aut beneficio inferiat, aut liberè dimittat. *text. in d. c. ex parte. & d. c. dilecta.**

15 Si ergo conditionalis Renuntiatione in favorem certa personæ facta, non est Simoniaca, multò minus talis erit facta simpliciter coram Ordinario & spe, ut certa conferatur personæ, *juxt. Gloss. verb. premium. in d. can. ordinationes.* 1. qu. 1. *Navarr. in manual. cap. 23. num. 107. & conf. 3. 8. de Simon. Flamin. d. lib. 14. qu. 6. num. 5.*

In factâ liberè & pure Renuntiatione, Renuntianti, ut personæ certæ conferatur beneficium, licitum est procurare, & postulare humiliter. *fac. text. in d. c. tua nos. in 2. respons. de Simon. Cassad. decis. 2. de Simon. Felin. in c. ad evidentiam. num. 2. de rescript. Navar. d. num. 107. Suar. lib. 4. de Simon. num. 18. vers. hoc ergo Quarant. in sum. Bullarii. verba Beneficii resignatio. vers. pro complemento. Barbos. d. lib. & cap. num. 60.*

Sed à jure communii novissimè recepsit Papa Pius V. & confit. §. *incipit, Quanta Ecclesia.* resignationes omnes, etiam simplices coram Ordinariis inferioribus fieri prohibuit primò; deinde has permisit quidem utilitatis gratiâ; sed ut nec verbo, nec signo, nec intentione alterius fiant in favorem, nec Resignantis dentur consanguineis, affinibus aus familiaribus. *vide Flamin. lib. 11. qu. 5. num. 12.*

Potest tamen, dictâ constitutione in §. caveant, non obstante, resignans

signans beneficium de suo jure patronatus ad illud præsentare cum quem vult. *S. Congreg. Conc. in Viterbiæ. 18. Martii 1528.*

Secundum in quo differunt, *Renuntiatio Para & Conditionalis est.* 16

Quod acceptat illa à legitimo Superiori Renuntians *jus omne* quod in beneficio habet, ipso jure *mittat*, adeo ut illud tanquam vacans à quo cunque impetrari & conferri possit. *Abbas Imola & alii in c. sollicitate de refut. probat.* Amittit enim, ut est communis sententia, regulariter & proprietatem omnem & titulum. *c. super hoc. hic. Clem. un. hic. Rot. decis. 107. num. I. part. I. divers. & in Leodiens. Canoniciatus. S. Pauli 25. Junii 1621.* nec per peccantiam regressum habet; nisi ob restitutio nem vel novam concessionem. *c. 2. 3. c. in praesentia. 6. vers. quia. c. post translationem. 11. hic.* Per Renuntiationem verò conditionalem, nec amittit titulum, nec ullum à se censem *abdicare jus*; nisi impletis & quidem ad unguem, & in forma specifica servatis conditionibus; alio qui perinde est ac si facta non esset Resignatio. *fac. I. qui hered. 44. per tot. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonstr. Paris. conf. 5. num. 7. lib. 4. Janson. confil. 86. lib. 3. Pute. decis. 145. lib. I. Barbos. d. lib. & cap. num. 71.*

Hinc Renuntians in favorem certa personæ non amittit beneficium suum, si illud alii collatum: *Cassiodor. decis. 3. num. I. derenunc. Mandos. de signature gratia. tit. de resignat. à princ. Rebuff. in princ. tit. de benef. poss. num. 146. Bursat. conf. 411. num. 5. Garc. de benef. part. 6. cap. 2. num. 126.* si Resignatario beneficium ex aliqua causa non sit quæsumum: ut quia absens, laicus, excommunicatus, acceperare noluerit, aut non portuerit: *Barbos. d. lib. & cap. num. 76. Bursat. confil. 411. num. 4. Guido conf. 72.* si resignatione, reservata pensione, facta, pen sio aut non reservetur, aut in minori summa quam præfinita, aut pensionis reservatio annulletur: *Caputaq. decis. 216. part. I. Flamin. d. lib. I. qu. 3. num. 82. cum seqq. & num. 117. & qu. 14. num. 7. Stephan. Grattan. discept. forens. cap. 746. num. 20. & 21.*

T 2

Gloss.

Corvinus

De Personis

Benef. Ecclesiast.

G IV

32

Gloss. ult. num. 32. Flamin. lib. 9. qu. 17. num. 3. Nisi Procurator non servando mandati formam Resignantis conditionem reddiderit meliorum. *Flamin. d. qu. 17. num. 146.*

Nec talis Renuntiatio sustinetur, si Mandans eam postea ratam habeat. Quia consensus procuratoris contra mandati formam praestitus, nullus est. *Dee. consil. 77. num. 1. lib. 1. Burfat. consil. 395. num. 11.* & ratihabitio ad actum non retrotrahitur à principio nullum. *Bart. in. obseruare. ff. de offic. Procons. Alex. consil. 16. num. 19. lib. 6.* maxime in beneficialibus. *Barbos. d. lib. & cap. num. 88.*

Quare ad ratificandam dictam Renuntiationem nova Renuntiantis & Pontificis approbatio est necessaria. *Barbos. d. loc. per Reg. Cancell. 44.*

17 Renuntiari ex causa legitima à Superiori admissa possunt beneficia omnia, etiam majora. *text. inc. in presentia. c. extra transmissa. c. nisi. can. pridem. c. ad monit. hic. &c. & eod. in 6. Burg. inc. ex parte. num. 22. de rescript. Boer. decis. 105. num. 4. Bellam. in tract. de permut. benef. 3. p. in princ. num. 3. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 1. num. 1.* patrimonialia, quae cadunt sub optandi consuetudine, hospitalia in titulum collata; *Vivian. in praxi juris patron. lib. 13. cap. 10. num. 32. cum seqq.* Episcopatus, sed consentiente Papa; *c. nisi pridem. 10. & alii. hic. in 6. & summus Pontificatus. c. 1. hic. in 6. Dec. in c. ex parte. num. 20. de rescript. Alex. consil. 224. In re tamen gravi. in fin. lib. 6. Peregrin. de jur. fiscal. lib. 1. tit. hab. jur. fiscal. num. 10. & 11. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. qu. 1. num. 4. & a num. 19. & lib. 7. qu. num. 3. Barbos. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 2. num. 211.* Quod enim concessum est Episcopis, ut, causa postulante, renuntiant, non debet denegari Pontifici. *Zaf. hic. num. 2.* Sic Celestinus, disciplina regularis amore, vitæque monastica studio, se abdicavit Pontificatu; plureisque alios Papatui renuntiassè tradit *Gloss. ad d. c. 1. & Gomes. ad reg. Cancell. de infirm. resign. quest. 1. Chron. in parat. ad h. tit. Maurize in select. jur. Canon. ad h. tit.*

Controvertitur tamen, apud quem Pontificatus Renuntiatio sit facienda; cum, qui acceptare illam possit, non detur Superior. Non nulli volunt faciendam esse apud Cardinalium Collegium, cum Ecclesiam representet universam. *Hofstiens. in c. dilecti. num. 2. de probab. Anch. 1.*

Anchar. in can. cum redemptor. 12. qu. 2. & ad illud Pontificis spectet elec-
tio. juxta c. licet, de electione. &c., Pontificatus Renuntiatio res sit gravissima & ardua. fac. c. per venerabilem. vers. sunt autem. qui filii sunt legit.
Joan. Andr. in c. super eo. de elect. & ita in Cœlestino, & aliis Pontificibus
Romanis Papatu renuntiantibus, factum fuerit. post Gemin. in d. c. 1.
num. 10. Flamin. lib. 8. qu. 5. num. 2. Sed factum id ex urbanitate, non
jurius necessitate. Nec enim Pontifex, licet velit, à quoquam judicari
potest, cum ejus causa judicio sint reservatae divino, & semper maneat
Superior illo, cui committit jurisdictionem, donec tamen est Pontifex;
in quo dispensare nequit, quod eares juris sit divini. Quomodo Mar-
cellino dicent, *Peccavi. & non possum in ordine Sacerdotum manere,* re-
sponsum à Concilio, *Prima Sedes à nomine judicatur.* Ut cum nullum
Superiore habeat, nullius etiam requirat ad sensum dignitate suâ se ab-
dicando: Cujus, si id causa postulet, abdicationem acceptat Ecclesia.
vide Bellarm. de Concil. lib. 2. cap. 17. & de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 26.
& seqq. Zæf. d. loc. num. 3.

Potest igitur Pontifex declarare simpliciter, Pontificalem se velle
renuntiare dignitatem. Ceteræ namque solemnitates, in beneficio-
rum Renuntiationibus requisita, juris sunt humani, quo non adstringi-
tur Pontifex. & sic intellige verbum liberè, in d. c. 1. ut post Anton. num. 5.
Gemin. num. 10. Franch. num. 9. & aliis tradunt Burfat. cons. 342. num.
20. Jacob. de concil. lib. 3. art. 5. num. 179. Flamin. de resign. lib. 5. qu. 1.
num. 13. Unde concludit Abbas in d. c. 1. in fin. quod sicut Papatus cre-
atio soli Deo est reservata, c. ult. dif. 79. ita & foli Deo facta censetur
Renuntiatio. *Barbosad.* lib. 1. cap. 2. num. 213.

Renuntiare ergò potest Beneficiatus, etiam minor viginti quin- 18
que, sed major quatuordecim annis: *Gloss.* in verb. quamvis. in c. ex
parte. derestit. spoliat. *Abb.* num. 14. *Covarr.* lib. 1. var. cap. 5. num. 1. &
37. *Flam.* lib. 2. qu. 7. num. 11. senex; *Archidiacon.* in can. nibil. 7. qu. 1.
Mandos. reg. de infirmis. qu. 4. n. 7. *Flam.* d. lib. 3. qu. 17. n. 1. cum seqq. infir-
mus, & morti vicinus, de jure communi. can. quamvis. 7. qu. 1. *Decius* consil. 224. *Mandos.* d. qu. 4. n. 7. fac. c. nisi cum pridem. vers. alia verò causa. hic
non hodierna praxi, (Ex qua ejus resignatio, ex reg. *Cancellaria.* de infir-
mis resonantibus. si intra, præstito consensu, viginti dies moriatur, redi-
ditur

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

ditur inanis: *Gomes*. in præfat. 8. reg. num. 8. *Flam. lib.* 12. in princ. n. 2. cum seqq. *Rebuff*. in praxi benef. tit. de infirm. resign. *Gloss.* 1. num. 2. *Wa-*
mes. consil. 257. num. 12. de præbend.) etiam si beneficium sit vacaturum
 statim: fac. c. licet. canon. de elect. in 6. *Anchar.* in c. commissa eod. in 6.
Flamin. d. lib. 3. qu. 2. num. 8. nondum beneficium sui possessionem sit
 adeptus: *Anchar.* in c. ad audientiam. 31. num. 2. de rescript. *Burg.* in c.
caterum. num. 161. eod. *Petr. Gregor. Syntagma. jur. univ. lib.* 18. cap. 17.
 num. 16. *Boer. decis.* 308. num. 1. beneficium onere pensionis sit gravata-
 tum: *Gigas* de pension. qu. 29. sit apostolica. Sedi reservatum: *Rotade-*
cif. 4. de renuntiat. in novis. & decis. 8. num. 9. de præbend. *Petr. Gregor. d.*
lib. & cap. *Vivian.* in praxi juris patron. lib. 13. cap. 10. num. 35.

Renuntiari non potest beneficium, in quo Renuntians tempore
 resignationis nullum omnino habebat jus: *Flamin. d. lib.* 3. qu. 1. num.
 20. *Lancellot.* de attentat. cap. 5. num. 34. fac. t. c. quod autem. de jure pa-
 tronat. nec illud, ad cuius titulum resignans ad ordinem fuit promotus
 nisi ejus facta mentione, & aliundè vivere possit: *Concil. Trident.* sess. 21.
 de reform. cap. *Flam. lib.* 2. qu. 6. num. 1. nec sine consensu Patroni bene-
 ficia Juris patronatus: *Rocch.* de jure patron. verb. honorificum. quest. 3.
Vivian. in praxi juris patron. lib. 13. cap. 10. num. 24. cum seq. *Gonzal.*
 ad reg. 8. *Cancell. gloss.* 18. a num. 2. & *Gloss.* 47. num. 20. *Gratian.* discept.
 forens. tom. 5. cap. 835. nec beneficia electiva nisi accedente eligentium
 consensu: *Cardin. in Clem. un.* num. 18. de renuntiat. *Flamin. lib.* 8. qu.
 10. num. 11. nec beneficia unita, antequam unio sortita effectum: *V-*
vian. d. lib. 13. cap. 10. num. 28. nec beneficia, in quibus aliis servatus
 regressus: *Mandos.* in praxi signature gratiae. verbo regressus. col. 3. *Vc-*
rall. decis. 215. in princ. part. 1. nec litigiosa. *Lancell.* de attent. lib. 2.
 cap. 4. num. 154. *Flamin. lib.* 2. q. 3. num. 1. cum seqq.

Præterea non admittenda Renuntiatio à Superiore, nisi ex *justa*
 aliqua *causa*. c. nisi cum pridem. ubi *Gloss.* & *Dd.* hic.

Justa causa sunt sicut; quæ duobus solent comprehendi versibus;

Debilis, ignarus, male conscient, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere posse.
 & ad

& ad duas præcipuas redigi possunt: nempe ad Ecclesiæ utilitatem, & sa-
lutem propriam. c. quidam. eod.

Prima causa, est corporis debilitas, ex infirmitate procedens vel se-
nectute, non tamen omnis, sed illa solummodo, per quam quis ad ex-
equendum pastorale officium redditur impotens: c. i. c. nisi cum pridem.
10. vers. alia verò causa est. hic. can. 18. quia frater. 7. qu. 1. *Gigas de resi-*
dentia Episcopali. cap. 17. num. 12. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 3.
Ciron. in par. hic.

Nullus tamen propter debilitatem corporis renuntiare cogitur,
nè afflito addatur afflictio; sed datur ei, qui ejus supplet in Ecclesia
vices, Coadjutor. c. 1. eod. c. penult. de Clerico agrot. vel debilit. can. per-
cuso. cum seqq. 7. qu. 1.

Qualis autem debilitas corporis, ad exequendum pastorale offici-
um reddat impotentem, arbitrio relinquitur aut Judiciis, Menoch. de
arbitr. casu 53. num. 3. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archi. Episc. Ne-
apol. cap. 53. Novar. in sum. Bullar. tit. de benef. resign. num. 2. in princ.
aut Pontificis summi. Menoch. de arbitr. casu. 33. num. 3. Mascal. de
probation. concl. 1295. num. 8. Flamin. de resignat. benef. lib. 6. qu. 3. num.
56. & qu. 6. num. 5. Barbos. d. lib. & cap. num. 90. & 91.

Secunda causa, est scientiæ defectus. Cum enim scientia circa spi-
ritualium administrationem sit necessaria potissimum, & oportuna cir-
ca tractationem temporalium, Präfäl, qui Ecclesiam sibi commissam
in utrisque regere debet, ei renuntiat salubriter, si scientiam, in qua re-
gat eam, ignorat. can. 1. & seq. dist. 18. d. c. nisi cum pridem. 10. vers.
pro defectu quoq. scientie. & c. cum à nobis. 19. de eleçt. *Gigas d. cap. 17.*
num. 2.

Imò ut renuntiet, constringi potest; *Flamin. d. qu. 3. num. 83.*
Nisi ardens in Präfule charitas defectum scientiæ supplet. d. c. nisi cum
pridem. ibi & ideo imperfectum scientiæ. Salced. ad Bernard. in praet. cap.
21. lit. A. in fine. vers. aliquando. Bellet. disquis. Clericor. part. I. tit. de di-
sciplina Clericali. §. 4. num. 37. & tum datur Coadjutor. Barbos. d. lib. 3.
& cap. 13. num. 92.

Tertia causa est; *Criminis conscientia*; non tamen quælibet, sed
duntaxat illius, propter quod post peractam poenitentiam officii ipsius
impe-

Corvinus
De Personis
Benef. Ecclesiast.

G IV

32

impeditur executio : c. nisi cum pridem. 10. §. propter hic. & ibi Gloss. Abb. num. 37. Innoc. num. 3. Gigas de resid. Episc. cap. 17. nam. 12. Barbos. d. lib. & cap. num. 93. ut est Simonia, c. tanta. 7. de Simonia. can. 110. erga Simoniacos. 1. qu. 1. homicidium, c. ult. de tempor. ordinat. can. minor. dist. 50. si in eleccione non sit servata forma, not. in c. quia propter. 42. de elect. quodlibet crimen, quod ipso jure irrogat infamiam. can. Euthemium. 7. §. hinc colligitur. 2. qu. 3. Nam si omnes, quos cujuslibet culpæ arguit conscientia, renuntiarent, qui in ministerio manerent, reperirentur pauci vel nulli. d. c. nisi cum pridem. 10. vers. sed in his omnibus. ibid. Gloss. in verbo duntaxat. Est enim, ut dicit Gloss. d. in vice pauci, penè contra naturam, ut quis sit sine peccato. can. unum. 3. vers. nomine autem criminis. dist. 25.

Quarta causa, est Irregularitas; ut si forte quis sit bigamus, vi-
duæve maritus. d. c. nisi cum pridem. 10. vers. persona verò irregularitas.
c. cum in cunctis. 7. de elect. can. 59. non confidat. dist. 50.

Imò stante irregularitate, Praelatum ad renuntiandum cogi posse,
vult Flamin. d. resignat. benef. lib. 6. qu. 3. num. 170. relat. à Barbos. d.
lib. & cap. num. 94.

Quintacausa, est malitia plebi aut populi quem regit, si is cervicis
sit tam dura, aut adeò ipsius Praelati moribus adversarius, ut apud ipsum
Praelatus amplius proficere nequeat. d. c. nisi cum pridem. §. propter ma-
litiam. & ibi Hostiens. num. 4. Abbas num. 10. Rebuff. in praxi. benef. tit.
d. resignat. expressa. Sic Apostoli Judæis adverfantibus discesserunt, &
se converterunt ad Gentes. Acto. 13.

Sexta & ultima causa, ob quam renuntiare liceat, est, ut evitetur
grave scandalum; cui aliter provideri non potest; nè Praelatus plus vi-
deatur affectare honorem temporalem, quam salutem æternam: d. c.
nisi cum pridem. §. gravi quoq. scandalo, modò per evitacionem scandalis
non committatur peccatum. c. qui scandalis avertit. 3. derog. jur.

20 Cæterum laboris vitandi gratia, vel ambitus, aut avaritiae causâ
aut alia causâ minus legitima renuntiare volens, non est audiendus
can. sicut vir. & per tot. 7. qu. 1. d. c. nisi cum pridem. §. verum. necra-
tione inspirationis vel humilitatis. d. c. nisi quidem. vers. sed dices. Flamin.
d. qu. 3. à num. 217. Barbos. d. lib. & cap. num. 97.

Porro

Porrò certas caussas, ob quas, & non alias, beneficiorum resignations omnes, coram Ordinariis fieri & admitti possint & debeant, sub nullitatibus, si fiant ex causa alia, poena, præscribit Constitutio Pii V. 58. incipit. *Quanta Ecclesia sub dat. Kalend. April. 1568. quam referunt, Qua- ranti. in sum. Bullarii. verb. beneficiorum resignationes. Flamin. de resignat. lib. 5. qu. 6. num. 2. Ugolin. de officio Episcopi. cap. 50. §. 18. num. 3.* verum ea, ut & multæ aliæ, in Belgio non est publicata; *Quia Ordinario- rum restringit facultates. Vallens. in parat. hoc 117. numm. 5.*

Quando autem, & intra quod tempus Renuntiationis factæ reje-
ctio vel admissio fieri ab Ordinario, & à Proviso publicari debeat, de
jure Canonico non est definitum: Gregorius XIII. de public. resign. pri-
vationi beneficij resignati statuit à die scientiæ factæ resignationis, incen-
sem, publicationi provisionis trimestre. *vide Barbosam d. lib. 6. cap.*
num. 113.

Qui renuntiant vel ipsi, vel eorum Procuratores (Fieri enim po-
test Renuntiatio per Procuratorem, Clem. un. hoc sive tam Clericum
quam Laicum; Gloss. ad verb. procuratorem. in §. statuit. de collat. in
pragm. sanct. Petri. Gregor. syntagma. jur. univ. lib. II. cap. 17. num. 38.
tam unum quam plures, conjunctum vel divisim: c. I. de procur. in 6.
Flamin. de resign. lib. 3. qu. 3. num. 19. cum seqq. Nam, quia Clericus
absens potest per alium investiri de beneficio Ecclesiastico, c. accedens.
24. de prebend. consequens eundem per alium etiam renuntiare posse;
si quidem contrariorum eadem est disciplina. Non tamen Renuntia-
tio, nisi Procurator speciale habeat mandatum, tenet. d. c. ventiens. 1320
hoc sive & d. Clem. un. Habet enim Renuntiatio donationis instat, quæ
speciale requirit mandatum. c. ult. de offic. Vicarii. in 6.) jurare prius
debent, eam sine dolo, vi, metu, Simonia, esse factam. c. Super hoc.
hic. Reg. Cancellar. 43. Petr. Gregor. syntagma. jur. univ. lib. 17. cap. 18.
num. I.

Itaque Renuntiatio debet esse, ut jam dictum, pura atque libera,²¹
d. c. tuanos. 34. de Simonia. c. ult. de patz. c. super hoc. 5. hic. facta coacte,
aut per metum, cadentem in constantem virum, nulla est, & invalida:
c. Abbas. c. ad audiencem. 4. de his qui vi metu se cauſſiſtunt. Rebuff. in
praxibenefic. tit. de resignat. metu extorta. & tit. de vi in resignat. adhib.

Corvinus

De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

Cor. s. de benef. part. I. cap. 8. num. 10. & 11. hoc est, rescindi debet. d. c. Abbas ibi debent in irritum revocari. Navar. in c. accepta. opposit. 5. num. 11. d. refit. spoliator.

Metu ergo probato, restituitur renuntians ad beneficium, non obstante juramento, quo abjuravit illud. *d. c. ad audientiam. 4.*

Sic qui aduersa valetudine, propriæ deterritus inscitia, vel Simoniae crimen clam in sui commodum commissum perosus, aliave facilè causâ adductus, depositus Episcopatum, postea, causâ cessante, deniù ad Episcopatum assumi potest. *c. post translationem. II. §. ceterum. & §. rursus. hic. can. presentium. I. q. 5.*

Qui renuntiandi facultatem sive à Papa, sive aliis inferioribus Ordinariis, sive per se, sive per alium, petuit cum instantia, & obtinuit, renuntiare omniò compellitur; quia id aut propter commodum Ecclesie, aut propter animæ suaे salutem petuisse presumitur. *c. quidam. de renuntiat. Mandos. in reg. de infirmis. resign. qu. 9. num. 4. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 328. vers. adverte. Flamin. d. refit. gnat. lib. 8. qu. 18. num. 48. cum seqq. & num. 63. Barbos. d. lib. & cap. num. 119.*

Hodiè tamen secundum Flamin. d. loc. num. 67. quem refert Barbos. d. num. 119. in beneficiis inferioribus & Dignitatibus, quæ expediuntur extra Consistorium Romæ, poenitentia est, post petitum & obtentum renuntiandi licentiam, licita, donec consensus fuerit extensus in Camera vel in Cancellaria.

22 Renuntiationis effectus præcipuus est; quod per eam à Superiori admissam vacat beneficium: *c. suscepsum. de rescript. in 6. Cum renuntiatis juxta omnne quod habebat in beneficio, ipso facto amittat. c. quod in dubiis. hic. ita ut Ecclesia maneat ab eo soluta omnino: c. ex transmiss. 3. cod. nec eam repetere possit: c. in presentia. 6. c. post translationem. d. c. ex transmissa. cod. can. quam periculosem. 7. qu. 1. Navar. in c. accepta. opposit. 7. num. 26. d. refit. spoliat. Flamin. lib. 1. qu. 12. cum seq. Menoch. de arbitrio. casu. 201. num. 47. Ciron. in par. hic. & quoad illam pro mortuo habeatur. Glos. in verb. cedentium. in c. quamvis. de probend. in C. Campan. de diversi. jur. Canon. rubr. II. cap. 27. num. 60. vers. alterum quod in dicta.*

Hinc

Hinc Renuntians, cum titulum amiserit, possessionem, puta ci-
lem, retinere non potest: *Barbos. ad. lib. & cap. num. 14.* nec potest fru-
ctus percipere: etiam à solo ante resignationis diem separatos, si ea sit
pura; *Rota decis. 279. p. 2. recent.* *Barbos. de offic. & potest. Episcopi.*
parte 3. alleg. 117. num. 2. in ult. impress. si conditionalis, potest; quam-
diu possessio per resignatarium non apprehensa: *Flamin. lib. I. qu. 6.*
& num. 10. cum seqq. Petr. Barbosa in l. divortio. par. 2. in princ. num. 49.
ff. solato matrim. Aug. Barbosa jure Eccl. lib. 3. & cap. 15. num. 150 non
tenetur renuntians pensionem beneficio impositam, aliaque, ejus one-
ra realia amplius solvere: *Joan. And. inc. nisi essent de præbend. Gigas*
de pension. qu. 63. num. 2. Bursat. conf. 361. lib. 4. Barbos. de offic. & po-
test. Episcopi. parte 3. alleg. 120. num. 1. secund. edit. Lugdun. nisi fructus
fuos faciat: *Gigas conf. 124. num. 4. Flamin. lib. I. qu. 8. num. 43. Bar-*
bos. jur. Ecclesiast. univ. lib. 3. cap. 15. num. 151. non tenetur resignans,
nisi aliunde sit obligatus horas canonicas legere: *Navar. in tract. de ho-*
rur canon. cap. 7. num. 19. & inc. accepta. oppos. 5. num. 2. Flamin. lib. I.
qu. 9. num. 1. cum seqq. quia, cum id teneatur ratione beneficii, eo di-
miso cessat obligatio. arg. c. cum cessante de appellat. unde etiam non te-
natur amplius ad residentiam: Flamin. d. lib. I. qu. 10. num. 2.

Cæterum, due (quarum supra fecimus mentionem breviter) ad-²³
huc Regulæ Cancellariæ Curie Romanae veniunt considerandæ: Pri-
ma est de publicandis Renuntiationibus; reg. cancell. 34. Altera; de in-
firmis resignantibus; reg. Cancell. 18.

Prima: jubentur resignantes in Curia intra sex menses, si existant
circa montes; novem, si ultra; promulgare resignationes: si extra
Curiam, locorum Ordinariis, vel Collatoribus aliis, ut eas rejiciant aut
admittant, & alteri conferant intra mensim, & resignatarius publicet
intra menses tres. *Zypaus de jure Pontif. nove. hoc. tit. num. 2.* Quæ ta-
men forma publicationis in Belgio non ita strictè servatur, cum suffici-
at, quod Resignatio innoteſcat palam, nec celetur, etiam si in templo
coram populo, tempore Missæ aut concionis, die festivo non promul-
gerur. *Zypaus d. loc. num. 2. Vallenf. in par. ad hunc tit. num. 9.*

Altera, quæ in Belgio; testibus Zypao & Vallenf. dd. locc. Zœf. hic.
num. ult. ut & in Gallia, teste Petro Gregor. d. loc. num. 8. usu recepta, sta-
tuit,

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

52

tuit, ut in infirmitate resignantes supervivere debeant diebus viginti, alias censeatur beneficium vacare per obitum.

Cui ramen regulae, locum tantum habentii in Collationibus Papæ, non Ordinariorum; Molin. ad reg. dict. qu. 1. num. 22. & seqq. Papon. Arreß. 3. tit. 2. art. 1. Petr. Gregor. d. loc. num. 8. Diff. Gomeſ. ad d. reg. quæſt. 16. ut Papa, ita & Legatus ejus potest, etiam cum exspectantium graduatorum præjudicio, derogare. Gomeſ. ad d. reg. qu. 59. Rebuff. in d. reg. Gloss. 2. num. 24. & 25. & in §. prefatiq. ordinarii. verb. vacare. de collat. in concord. Petr. Gregor. d. lib. & cap. num. fin. Zypeus d. loc. num. 3. Vallenſ. d. loc. num. 9.

TITULUS XIV. De Depositione, seu Degradatione.

S U M M A R I U M.

Degradatio quomodo fit.

Degradatio, (quā ad similitudinem exauctorationis ejus quā militiam deseruit armāram, conjugium Ecclesiæ & Episcopi dissolvitur. c. 2. §. actualis. de pœn. ibi 6.) fit vel verba, latā ab eo qui auctoritatem habet, certo Episcoporum numero, si Episcopus degradandus, sin constitutus in ordinibus minoribus, solo assistente proprio Episcopo, can. si quis tumidus. can. si autem. 15. qu. 7. degradationis sententiā; vel solemniter, latā non solum sententiā, sed oblatis à degradando gradatim singulis ordinis sui insignibus. d. c. 2. §. verbalis.

Sed de utraque infra titulo de Remotione fusius.

TITU-

TITULUS XV.

De Permutatione Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. Permutatio quid.
2. An permissa, & quan-
do.
3. An de e tractatio.
4. Quis hic Superior.
5. Quid si beneficia sint in
Diocesis diversis.
6. Est haec facultas Episco-
pis ex jure communi.
7. Qui hic Episcoporum
nomine veniant.
8. An Officialis possit au-
toritatem interponere.
9. Quid si Ipsi Episcopi be-
neficia sua velint per-
mutare.
10. An alii Pralati au-
toritatem interponere
possint.
11. Ad permutationem
causa cognitio necessa-
ria.
12. Quae beneficia permu-
tari possint.
13. Permutationem anim-
pediat beneficiorum inae-
qualitas.
14. Permutatio facienda
pure. (testas.
15. Quae hic Pontificis po-
pis ex jure communi.
16. Triangulares & Qua-
drangulares permutationes
que.
17. Permutatio est reci-
proca.
18. Quid si non sortiatur
effectum.
19. Quid si unus tantum
resignaverit.
20. An hic l. 2. C. de re-
scind. vend. locus?
21. In quibus Permutatio
conveniat & differat
cum Renuntiatione.

V 3

Vidi-

Corvinus
De Personis
Beneficiorum
Ecclasticis

G IV

52

Nidimus supra de Episcopatum translatione, & Beneficiorum renuntiatione, hic addimus, quia eis valde similis, de beneficiorum omnium permutatione.

I Est ea, hic, quædam resignatio reciproca ad invicem inter permutantes facta. *Flamin. de resignat. lib. 11. quæst. 5. num. 59. Gonzal. ad 8. reg. Cancell. gloss. 14. num. 40.*

2 *Hæc*, cum sit alienationis species, c. nulli. 5. *dereb. Eccles. non alienand.* in rebus Ecclesiæ regulariter sine Superioris auctoritate est prohibita: permisâ si fiat servatâ à jure præscripta formâ, c. ad quæstiones. hic. c. un. eod. in 6. *Anton. de Certe in compend. jur. Canon. par. 3. tit. hoc. col. 3. in fine. & col. 5. in princ. Rebuff. in praxi. tit. hoc. num. 52. cum seq. Petr. Gregor. syntagma. jur. univ. lib. 17. cap. 17. num. 31. cum seq. Corras. de Sacerdot. part. 1. cap. 9. num. 2. *Barbosa. jur. Ecclesiast. univ. lib. cap. 15. num. 157.* & ex legitima cauilla. c. quæstum. 5. cum seq. hic.*

Dixi regulariter prohibita. Nam, ex Concilio Turonensi hoc ad eò verum, ut uerque contrahens, permutatione recisâ, spoliatur beneficio suo; c. majoribus. 8. de præbend. c. cum olim. & c. quæstum. c. cum universarum. de rer. permut. Ratio; vel quia non licet recedere Clerico ab Ecclesia, cui se addixit semel; vel etiam, quod vix fieri possit, ut beneficiorum permutationes fiant sine pacto: omnisque pactio, ut supra diximus, inducat Simoniam. c. cum pridem. 4. c. pæctio. de pactu. *Dartis tract. de Benef. scđt. 10. cap. 4. de permut. benef.*

Si tamen contrahentium unus ab altero, permutationem implere nolente, decipiatur, ei, ex Papæ indulgentia & miseratione quadam, restituitur beneficium. d. c. cum universorum. fac. l. 1. ff. ad SC. Vellejan.

3 Non tantum Permutationem citra Superioris auctoritatem factam esse prohibitam vult *Glossa in d. c. cum universorum.* sed & ejus tractationem. Quod tamen, una cum Interpretibus, rejeciendum judicamus. Quia ut iidem dicunt recte, tractatus deliberatum non concludit consensum; & certum est fieri non posse, ut permutationis conclusio sine præcedente fiat tractatum; id est, nisi partes ante convenient. *Dartis d. loco. Barbosa consentit cum multis quos alleg. lib. 3. jur. Eccles. univ. cap. 15. §. 5. num. 163.* Accedit quod d. c. quæstum. 5. reprehendat consum.

summationem actus auctoritate propriâ. Quò facit d. c. cum universo-
rum. 8. in quo Pontifex non tam improbat permutandi tractatum,
quam permutationem ab altera parte completam. Zæsus b. tit. de rer.
permut. num. 7.

Imò licitum etiam est contrahentibus, *permutationem* ipsam con-
cludere, consensum præbendo mutuum, additâque in eodem perseve-
randi obligatione: ita tamen ut præsupponatur futurus *Superioris con-
fessus: c. i. de rerum permut. in 6. & Clem. i. eod.* quia res ista nihil habet
mali aut prohibiti, ut potè auctoritate Prælati, per quem consummetur
res, non seclusâ. Zæsus d. loco. num. 7. Sylvester in sum. verb. *permutatio.*
2. qu. 2. Azor. in fit. Moral. par. 2. lib. 7. cap. 29. qu. 18. Suarez. de Simo-
nia. lib. 4. cap. 32. num. 8.

Itaque ut procedat *Permutatio Beneficiorum* adesse debet *Superio-
rum auctoritas: d. c. questum. 5.*

Superior hic est Papa & loci, in quo situm est beneficium, propri-
us Episcopus. d. c. questum. de rer. permut. d. c. I. eod. in 6. Petr. de Perus.
2. par. qu. ult. num. 27. & par. 4. in princ. num. 42. Nicol. Garcias. de be-
nef. part. II. cap. 4. num. 60. Bonacina de Simonia. qu. 4. §. 12. num. 7.
Ratio, cur ejus hic requiratur auctoritas est, tum quod propriâ auctorita-
tate nemo se liberet aut renuntiet beneficio, nisi coram Superiore; tum
principiè, quia ad Episcopum spectet, communi jure beneficiorum
collatio, itaque & ejus est prospicere, etiam ex causa permutationis,
ut ea fiat dignis. Zæsus tit. de rer. permut. num. 8.

Quod si beneficio sint in diecesisibus diversis, resignatio fieri de-
bet libere in utriusque Ordinarii manibus; vel quilibet permutans re-
signare debet in manibus sui Episcopi, vel alter committere debet alteri,
quod videtur melius. Gloss. in d. c. I. de rer. permut. in 6. verb. collecti-
onem. Garcias d. tract. & cap. 4. num. 65.

Quâ auctoritate jure communi Ordinariis concessâ, non, ut si-
bi persuadet Flamin. lib. 5. qu. 6. num. 131. minus rectè hodiè utuntur
Episcopi propter Constitutiones Papæ Pii V. 42. & 58. ut sentiunt Zé-
ros. in praxi Episcop. part. I. verb. renuntiatio, seu *permutatio*. §. 3. dub. I.
Garcias d. cap. 4. num. 64. cum seq. Bonacina d. §. 12. num. 7. in fine.
Barbos. de jur. Eccles. Univers. lib. 3. cap. I 5. num. 124.

Episco-

Corynus

De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

72

7 Episcopi autem nomine quis hic veniat, controvertitur inter Canonicistas; Sunt qui intelligendum pertinet istum solum, qui habet & Jurisdictionem & dignitatem Episcopalem simul: per d.c. quæstum. vers. si autem. & d.c. un. in verb. in manibus tuis &c. Alii quemlibet, ad quem beneficij spectat Collatio, licet nec habeat dignitatem nec Episcopalem Jurisdictionem; ut Sylvest. in summ. verb. permutatio. 2. num. 2. & Angel. eod. verbo num. 5. Rectius sentiantur venire hoc nomine omnem, qui Jurisdictionem habet Episcopalem, vel quasi, etiamsi forte non habeat dignitatem Episcopalem. Ratio est; quia hæc Jurisdictione Superiori convenit, jurisdictionis, non dignitatis ratione. Abb. in d.c. quæstum. num. 4. Gambar. in d.c. un. num. 112. & 148. Garcias d. c. 4. num. 70.

Hinc vacante Sede, interponere auctoritatem in beneficiorum permutatione potest Capitulum; cum eorum spectat collatio communiter ad Episcopum & Capitulum; & cum beneficiorum collatio pertinet ad territum: Barboſa de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 15. num. 175.

8 Episcopi vero Generalis Vicarius permutationes expedire non potest, nisi habeat mandatum speciale. Bellam. de permut. benef. part. 1. qu. 3. Garcias de benef. d. c. 4. num. 74. Barboſa d. lib. & cap. num. 177.

9 Quod si Episcopi ipsi beneficia aliqua quæ in sua dioceſci possident, permutare velint, efficere id ex dispensatione Apostolica poterunt coram Metropolita, qui quo ad hoc instar proprii habetur Episcopi. Suar. derelig. lib. 4. cap. 32. num. 9. Filliuc. tract. 45. cap. 7. qu. 8. num. 20. Barboſa d. lib. & cap. num. 137.

10 Prelatorum vel Clericorum Episcopis inferiorum, Episcopalem jurisdictionem non habentium, licet alioqui conferendi jus habeant, ad permutationem auctoritas non sufficit, Gloss. in d. Clem. un. nisi hoc jus praescriberint; quia tunc Episcoporum gerunt vices; Gloss. in c. 1. verb. proprii. de reb. Eccl. non alien. in Clement. Panorm. & alii Canon. in c. cum olim. &c. auditio de prescriptione. corum tamen in permutatione consensus Episcopo necessarius; d.c. quæstum. 5. de rer. permut. ut & generaliter omnium ad quos jus eligendi ad permutanda beneficia, vel jus praesentandi spectat. Gloss. in d. Clem. un. & ibi Dd.

Quo autem casu non praescriberint, si consentire nolunt, cogendi sunt; dummodo permutatio Ecclesia sit utilis; vel Superior superare

care aditus sine his scientiam & autoritatem p̄estabit: & hinc usū obtingerit Patronatus Ecclesiis, ut postquam requisitus est patronus, eo etiam non consentiente, permutatio approberetur ab Episcopo. *Rebuff. in 3. part. tit. de permut. Dartis d. tract. de benef. sc̄t. I I. cap. 4. de permut. benef.*

Utrum verò corum consensus p̄cedat permutationem, utrum subsequatur, nihil interest; quia sine corum consensu facta, non est ipso iure nulla, sed si agant de contemptu, est annullanda. *Collect. inc. cum olim. num. 3. & seqq. & num. 11. de rer. permut. Rot. decif. 5. cod. in nov. Franc. in d. Clem. un. num. 7. Liceat videatur sentire aliter Bellam. decif. 177. num. 2. Covarr. pract. resolut. caſu. 36. num. 9. Garcias de benef. part. I. cap. 3. num. 19. cum seqq. & num. 21. cum seq. Honor. ab Axel in sum. decret. ad tit. de rer. permut. num. 12.*

Superior permutationem faciendam approbare non solet, sine*pravia in causam eius inquisitione: d. c. queſitum. Rebuff. in praxi. de permut. num. 19. Duaren. de benef. lib. 8. cap. 3. Bellam. de permut. benef. in 6. part. in princ. qu. 1. Garcias d. cap. I. num. 44.*

Causam eam dicunt nonnulli esse necessitatis vel utilitatis utriusque Ecclesie, non personarum permittantium, ut Boér. decif. 265. num. 5. Flamin. lib. II. qu. 5. num. 24. Zerola in praxi Episcopi. part. II. verbo Renuntiatio seu permutatio. §. 3. dub. 5. Cardin. Tusch. lit. P. concl. 365. num. 5. Alii sufficere hanc putant: ut *Gloss. in d. c. universorum. verbo utilitati. & Abb. num. -- Petrus de Perusio de permut. benef. 3. part. qu. 2. & 7. Gambas ad d. c. Clem. un. Ugolin. tab. I. de Simonia. cap. 27. §. I. num. 6. in fin. Garcias d. cap. 4. num. 45.* Quorum sententia videtur verior. Siquidem ex ea Ecclesiæ non resultat damnum, sed potius utilitas conquidem secutiva. *Garcias d. loc. num. 49. 52.*

Sed Permutationem ex causa & cum Superioris auctoritate factam esse non sufficit; sed præterea, ut ea valeat, requiruntur alia: & primo; Ut sint beneficia que permutari possunt.

Regulatiter permutari possunt beneficia omnia: tot. tit. de rer. per. 12. mus. Sur. d. lib. 4. cap. 34. num. 1. vera cum veris, manualia cum manualibus; cum nihil sit quod impedit. Siquidem ea obtinentes jus habent in istis beneficiis, antequam priventur, nec est in uno major privationis

Corvinus

De Personis

Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

tionis causa, quam in alio: *Azor. inst. in orat. part. 2. lib. 7. cap. 29.*
qu. 9. non manualia cum veris, quia non continent ius perpetuum, itaque
beneficiorum non habeantur loco. Zos. ad tit. de rer. permut. num. 20.
& iis. de probend. num. 2. & 54. omni modo commendata in perpetuum, cum
sint loco tituli, Azor. d. lib. 7. cap. 29. qu. 11. Flamin. lib. 2. qu. 17. Gare.
de benefic. par. 11. cap. 4. num. 12. quamvis non illorum adepta sit posses-
sio; quia habens ius in re, non tamen possessionem, potest permuteare
cum alio: Petr. de Perus. de permut. benef. part. 1. num. 1. Bellam. trah.
cod. part. 2. qu. 1. Gambar. inc. un. de rer. permut. in 6. num. 86. Gare. d.
cap. 4. num. 10. non commendata ad tempus. iux. c. num. 12. de elect. in 6.
cum ii quorum sunt ius & titulum non habeant; ut transferre neque-
ant; nemo enim transfert rem non suam; & deinde non habeant nisi
sibi commendata; quod est personale; ut in alterum transferre non
possint. Auctoritate tamen ejus, qui commendavit hoc fieri posse,
vult Abbas in c. cum olim. 7. num. 3. de rer. permut. quem sequitur Azor.
d. cap. 29. qu. 11. quia alteri videtur idem ius concedere: Zos. d. loco.
num. 20. Nec potest permutari ius in re cum jure adrem, Gare. d. cap. 4.
num. 16. cum hoc non ponat beneficium. Rebuff. in praxi. part. 2. de
rer. perm. num. 28. & tantum licita sit permutatio beneficiorum ques-
titorum, non querendorum: Navar. conf. 43. num. 2. de Simonia. uia
addit hanc esse sententiam communem. Unde & inter se non permutan-
tur recte gratia expectativa & nominationes; licet enim ponant ius,
non tamen beneficium: fac. c. 1. de rer. permut. voto sua. & sunt tantum
jura personalia, non excedentia personam ejus cui concessa, nec etiam
causam: c. cui de non Sacerdotali. 27. de probend. in 6. Zos. d. loco. num.
22. Possunt permutari, sed bona fide, beneficialia litigiosa, cum non litig-
iosis: & tum tenentur ii, quorum erat, item prosequi; quia ante eam
peracta, non videntur plenè tradidisse: Petr. Gregor. in synag. jur. uniu.
lib. 17. cap. 17. num. 33. Flamin. d. tract. de resignat. benef. lib. 2. qu. 3. in
princ. Rebuff. in praxi de permut. num. 33. Azor. d. cap. 29. qu. 5. Non
potest permutari pensio cum beneficio; nisi in titulum si erecta- & acce-
dat Pontificis auctoritas: Zos. d. loco. num. 26. post Gare. de benef. part.
1. cap. 5. num. 5. & Azor. part. 2. lib. 8. cap. 5. qu. 5. Nec potest permu-
tari beneficium cum alio iure spirituali; ut patronatus, decimatus; quia
hac

haclicet aliquatenus sint spiritualia, tamen sunt divisi ordinis ab beneficiis: Azor. d. cap. 29. quæst. 22. Suarez. d. lib. 4. cap. 31. num. 14. & seqq.

Zef. d. loco. num. 27. Dartis d. loco. vers. quod vero. in fine.

Permutationem beneficiorum non impedit *inequalitas* sive in corum ea sit *numero*, sive in *qualitate*. Itaque licet unum beneficium permutatur cum pluribus, plura cum uno, c. 6. de elect. ubi Abbas. num. 4. modò sint compatibilia, alias non; Azor. d. cap. 29. quæst. 12. Zef. d. loco. num. 13. simplex cum curato, & è converso, simplex cum simplici, curatum cum curato: c. cum venerabilis. 6. & ibi Joan. Andr. de exempt. Dartis d. loco. vers. duo supersunt. cum non agatur de dignitate beneficiorum, sed tantum de commutatione spiritualium nudè & purè: Quæ, accidente Superioris auctoritate, est justa; cum, ut ait Zabarella in Clem. 1. num. 10. de rer. permut. cadeni in omnibus sit ratio. vide Azor. d. cap. 29. quæst. 15. Suarez. d. lib. 4. de Simonia. cap. 34.

Nec reddit permutationem inutilem redditum & proventuum, quæ ex beneficiis permutatis percipiuntur, *inequalitas*; cum non curetur de fructibus, sed tantum de jure spirituali agatur, cuius sit permutatio: Zef. d. loco. num. 15. dummodò non alia probetur fraus, vel alia fraudis conjectura non adsint: Joan. Andr. ad d. c. 1. de rer. permut. in 6. ut si morti vicinus senexve permutet pingue cum tenui. c. fin. derenunc. in 6. Azor. d. qu. 15. vers. verum in dubio.

Debet, ut *permutatio* valeat, fieri purè: nam, si cum pensione, 14 aut onere alio facta, ab Episcopo, vel alio inferiore Papà, approbariauit admitti non potest. Suarez. d. lib. 40. cap. 38. num. 4. Fillius. d. tract. 45. cap. 7. num. 26. Bonacina d. §. 15. num. 8.

Hinc coram Episcopo fieri non potest *permutatio* cum pacto, ut unus solvat *impensas omnes*, vel ut suis sumptibus expediat Bullas ad utrumque pertinentes: Fieri potest coram Papa, sed consentiente. Azor. Inst. moral. part. 3. lib. 12. cap. 12. qu. 4. Suar. d. lib. 4. cap. 34. in fin. Barbus. d. lib. 3. cap. 15. num. 180.

Nec etiam *beneficia*, quamvis inæqualia, in temporalibus, coram Episcopo aut alio Papà inferiore, permutari possunt cum *pensione*, aut *re alia pretio estimabili*; etiam si pensio, aut res temporalis alia, pinguisoriis *beneficii*, quod permutatur cum odio, exigatur ratione: Quia per-

Corvinus

De Personis

Beneficiorum

G IV

32

mutatio tum non esset pura, & saperet labem Simoniacam, d. c. quæsum-
tum. 5. de rer. permut. c. fin. sup. de paclis. cum compensatio hujusmodi
fieri non posset, quin venderetur id quod in beneficio est spirituale: Ex-
cessus enim fructuum beneficij beneficio, seu ritulo spirituali, est annex-
sus, ac proinde à titulo separatus emittitur potest, cum sola Episcopi au-
toritate à Permutantibus separari nequeat. *Soto de iustit. lib. 9. qu. 3.*
art. 2. & qu. 7. art. 2. Covar. lib. 2. variar. quæst. cap. 5. num. 8. & seq.
Navar. in manual. cap. 23. num. 100. vers. 3. Filluc. d. tract. 45. cap. 7.
qu. 11. Reginald. in praxi fori pannit. lib. 21. num. 264. Cui sententiae
contradicunt Cajetan. 2. 2. qu. 100. art. 4. Fabien. verb. beneficium. 3.
num. 15. Sylvest. in summ. verb. permutatio. 2. qu. 6. Sed male. Nec
pro iis facit, quod agentium sit intentio, non dare illud pro beneficio,
quatenus spirituale quid, sed quatenus habet fructus, qui sunt temporali-
les: Nam ista intentio non facit, quoniam minus pars illa fructuum emittit
supplendo, quatenus spirituali titulo annexa; ut illa vendita, ut jam di-
ctum, non posset non videri venditus titulus, & sic res spiritualis; cum
qui connexorum emit alterum, sine quo nec provenit alterum, neutrum
relinquat invenditum, ut ait Papa Paschalis in can. si quis objecerit.
1. qu. 3. Facit quod eadem partis sit ratio, quæ est totius. Non potest
autem simplicis Renuntiationis ratione, in re temporali accipi permuta-
tio ratione fructuum; esset enim vendere rem spiritualem. Nec ob-
stat c. ad quæstiones. 6. de rer. permuat. quia tantum loquitur de commu-
tandis Ecclesiis quoad proprietatem: qua in re & citra virtutum supple-
tur pecunia defectus in possessionibus alterius, cum tantum veniat tem-
porale pro temporali: Covarruv. d. variar. quæst. cap. 5. num. 9. Swart.
d. c. 34. num. 4. & seqq. Zæf. d. loc. num. 18. Dartis d. loc. vers. quod ad
primum.

I5 Sed quæstionis est, an auctoritate Pontificis, in supplementum
excessus fructuum alterius beneficij veniat pensio citra virtutem? Respon-
endum videatur, etiam hoc casu spirituale commurari pro temporali,
non citra virtutem, quod per auctoritatem Pontificiam honestari nequit.
Dicendum tamen cessare virtutem, idque non tantum quoad positivum
Jus; cui non est subjectus Pontifex, cum sit supra ius à se positum; ve-
rum & quantum ad divinum; quia censetur fructus separare à beneficij

titulo; ut & potest. *Navar.* in *manuāl.* 23. num. 103. atque ita pro frumentis, qui sunt mērē temporale, quid, pensionem admittere in pecunia dandam, quod à labe omni vacuum omnino: & hoc non tanquam renuntiationis pretium, sed dispensatoriē in ejus, qui beneficium dimisit precipue, subsidiū vita. Cuius ratio in potestate circa beneficia summa, quae est Pontifici summo, non etiam Inferioribus aliis, constat. vide *Suarcez.* d. cap. 34. num. 15. 16. 17. *Garciam* part. 1. cap. 5. num. 344. *Zœf.* d. loc. num. 13.

Præterea beneficiorum permutatione requiritur, ut contrahatur inter duos: Inter tres, aut quatuor, seu, ut loquuntur *Caput* aq. *decis.* 325. part. 2. *Gonz.* ad regul. 8. *Cancell.* *Gloss.* 14. num. 58. *Garcias* d. cap. 4. num. 22. triangularis vel quadrangularis; non est permutatio vera: *Inol.* in *Clem.* un. num. 40. & ibi *Canon. Collect.* in c. 1. num. 3. & *Achill.* *decis.* 2. de rer. permuat. Unde si Antonius renunciaret beneficium suum Alexandri in favorem, isque Alexander beneficium suum in favorem alterius Antonii intuitu, non est permutatio; quia non permutant ad invicem beneficia sua. d.c. cum universorum. de rer. permuat. *Franc.* post *Joan.* *Andr.* in d.c. 1. num. 3. circa fin. eod. in 6. & ibid. *Anchor.* & istae quadrangulares & triangulares permutations censentur Simoniacæ: quia in eis resignations non fiunt liberae; *Panorm.* in d.c. cum universorum. num. 4. & 5. *Joan.* *Andr.* in c.un. num. 2. de ver. permuat. in 6. c. ex parte 1. & ibi *Gloss.* 2. de offic. deleg. *Caput* aq. *decis.* 325. part. 2. & impetrati possunt beneficia tanquam vacantia, cum non teneat Collatio. can. ordinationes. & can. seq. 1. qu. 1. *Collect.* in c. 1. num. 9. & 10. de rer. permuat. *Panorm.* in d.c. cum universorum. num. 5. in fin.

Facta inter aliquos beneficiorum permutatione, intelligitur fieri reciprocæ eorum resignatio; ac propterea censetur vacare utrumque: quippe vera cum titulo & possessione inducit ex permutatione vacatio: *Canon.* in d.c. un. de rer. permuat. in 6. *Bellam.* de permuat. benef. part. 9. qu. 1. *Petr.* de *Perus.* eod. tract. part. 2. num. 21. cum seqq. *Flamin.* lib. 11. qu. 5. num. 20. cum seqq. quamvis beneficia ex illa resignata caussa, possint quidecum ex rigore juris, d.c. un de rer. permuat. in 6. sed ex equitate non debent nisi permutantibus conferri; collatio alii facta non te-

Corvinus
De Personis
Benef. Ecclesiast.

G IV

32

net. d. Clem. un. derer. permut. Covar. lib. I. var. quæst. cap. 5. Azor. d.
lib. 7. cap. 30. qu. 8. Flores variar. lib. I. qu. 13. num. 20.

18 Unde, ad beneficium ex renuntiatione ex causa permutationis
vacans, renuntians redire non potest sine collatione nova; licet per-
mutatio non habeat effectum. *Gloss. in d.c. cum universorum. verb. sim-*
plicitati. Sylvestr. de benef. part. 3. qu. 24. Rebuff. in praxi d. tit. num. 11.
& 18. & de pacific. possess. num. 166. Mascard. de probat. concl. 1401. num.
3. Garcias d. cap. 4. num. 5. Ratio est, in resignatione beneficij; per
quam, licet ex permutationis causa, inducitur perfecta ac vera, ut jam
dictum, beneficij resignari vacatio; cum, ut jam dictum, potuerit alteri
post resignationem conferri; ut colligitur *ex d. Clem. un. ubi alias fru-*
stra prohibetur Pontifex, nè collatio alii fiat, quam permuntantibus:
ita ut non possit resignans auctoritate illud occupare propriam, manusque
illi, citra intrusionem, vitiosamque occupationiem injicere. Petenda
ergo necessariò à Superiore collatio: ut evitetur poena *c. eum qui 18.*
de prebend. in 6. Cujus sententiae prater jam enarratos sunt plures, quo
refert *Felin. adc. cum venerabilis. 6. num. 10. de exception. Redoan. de Si-*
monia. cap. 10. num. 28. Flamin. de resignat. benefic. lib. I. qu. 14. num. 12.
Azor. d. cap. 29. qu. 11. in fin. & sequitur Zosius tit. de rer. permut. num.
32. Honoriū ab Axel in sum. decret. tit. cod. num. 21.

Cui sententiae contradicunt alii, ut *Frecill. in rubr. de renunt. num.*
51. Ceval. com. contracommun. qu. 561. num. 6. cum seqq. Lessius de Fa-
stis. & Jure. lib. 2. cap. 34. num. 195. Joan. Andr. in d. c. 1. de ver. permut.
in 6. Boerius decif. 97. quos laudat Flamin. d. qu. num. 6. Wames. consil. 340.
num. 72. de rer. permut. & consil. 340. num. 8. Garcias d. part. 11. cap. 4.
num. 6. existimantes collatione nova opus non esse, si permutatio non
sortita effectum, sed viam redditus esse liberam, ut evitentur circuitus &
ambages. Rationem fundamentalem ponunt in conditione, quæ sub-
est, quæ non purificata habetur actus, ac si non esset initus, atque ita
beneficium mansisse apud resonantem, secundum ea, quæ de condi-
tione natura & vi traduntur: ut in c. si beneficia. 20. de prebend. in verbis li-
berè revertatur. Verùm illa conditio, cum sit tantum tacita & in men-
te retenta, nihil operatur, nec facit actum conditionalem. *I. conditions.*

99 ff.

29 ff. de condit. & demonstr. Horum tamen sententia obtinet in Gallia.
Dartus d. tract. de benef. d. loco in fin.

Facta resignatione ab uno tantum ex compertantibus, in-19
cumbit ei urgere alterum ad resignandum; quia alias resignatum re-
tinebit cum suo, sicut evenit, quando resignans ante implementum al-
terius moritur. Rebuff. in praxi de permuat. num. 12. Azor. d. cap. 29.
num. 21. Zaf. d. loco. num. 30. Garcias d. cap. 4. num. 10. ex Gonz. Glouf.
15. §. 2. anum. 40.

Quod si resignatione ab uno facta, alter resignare nolit, locus est
penitentiae; & in d.c. cum universorum. 8. de rer. permuat. mandat Pon-
tifex beneficium resignanti restitu, quod decepto sit subveniendum;
etiam si alteri sit collatum; nam ut resignatio resolvitur, ita & collatio,
Zaf. d. loc. Sed & tum nova collatione opus, Panorm. in d.c. universo-
rum. num. 4. & Carioti com. Felin. in c. cum venerabilis. num. 11. de excepto.
Rota decif. fin. num. 6. b.t. in antiqu. Honor. ab Axel. d. loc. num. 27. secun-
dum supra dicta.

Idem obtinet, si beneficium permutatum, vel alterum ex duobus
beneficiis, cum uno commutatis, evincatur, & aliud dimittat, vel pa-
ratus est dimittere. Felin. in d.c. cum venerabilis. num. 11. in fin. Pa-
norn. num. 23. Rota decif. 3. b.t. in nov. Propria enim, ut dictum, au-
toritate redire ad beneficium permutatum non potest; quia cum per-
mutatio sit actus liber & voluntarius, Paris. in d.c. cum venerabilis. num.
45. beneficiumque verè vacaverit, non potest rehaberi sine nova colla-
tione & institutione. Rota decif. 1. in 3. dub. & decif. 3. b.t. in novo. &
decif. 7. eod. in antiqu. & decif. 10. de renunt. in antiqu. c. ex frequentibus de-
stitut. cum ibi notat. Nisi in permutationis bullis sit clausula, ut alteri
ex permuntantibus, si compertutans facit, ne permutatio sortiatur effectum,
licet etiam auctoritate propria ad beneficium redire. arg. c. si beneficia de-
prabend. in 6. Mandos. de signat. grat. tit. permutations. vers. clausula,
ut alteri, &c.

Quo casu possessione vacua, propriâ auctoritate adire potest, non
salius occupavit beneficium. l. fin. C. de Edit. D. Hadr. toll. l. cum ha-
redes. & ibi not. ff. de acquir. vel amitt. poss. Innoc. in c. transmissam sub
2000.

Corvinus

De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV.

32

169 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

num. 1. vers. & possunt hac habere locum de elect. Rotadecis. 7. de restit. pto.
lat. in antiquis.

Interdum compermutantibus concedit Papa, ut in dictis quoniam
antiquis & prioribus beneficiis possunt remanere. Lap. alleg. 89.
sub num. 2. vers. primum. Honor. ab Axel. d. loco, num. 28. in fin.

20 An æquitas leg. 2. C de rescind. vend. &c. cum dilecto. 3. &c. cum
causa. 6. de emt. vend. in permutationibus locum habere possit, dispu-
tant Doctores; Vide Bellam. de permut. benef. par. 2. qu. 2. num. 7. cum
plurib. seqq. usq. ad finem. & Bald. in d. l. 2. num. 22. Non habere, est op-
nio communior. Ratio: Quia in spiritualibus, æstimationis non ha-
betur ratio, inquit non potest unius beneficii defectus suppleri per pecu-
niam aut pensionem, siquidem, dato aliquo temporali in compensati-
onem rei spiritualis seu defectus reddituum alterius beneficii, vera com-
mitteretur Simonia: Zœf. d. loco. num. 16. & 33. Covarr. variar. resolut.
1. cap. 8. num. 8. vers. ultima ratio. Nihil facit pro opinione contraria
c. ad questiones. 8. de rer. permut. quam tener Calderin. consil. 4. de rer.
permut. & in quam inclinare videtur Pinellus ad d. l. 2. part. 1. cap. 3.
num. 15. Nam quod ibi compensatio admittatur per pretium, est, quia
agitur non de Ecclesiarum permutatione, ut sunt beneficia, sed quoad
proprietatem; in qua quatenus unius preponderant possessiones, quan-
titatis refusio circa ullum vitium licita, idque ad servandam æqualita-
tem. Zœf. d. loco num. 33. Dartis d. loco. vers. quod ad primum.

21 Haber porrò Renuntiatio beneficiorum, quæ sit ex causa permu-
tationis, quædam cum renuntiatione simplici communia, quædam singu-
laria & separata.

Communia; 1. Quod & in ea regula Cancellariae de infirmis benefi-
cia resignantibus, habeat quoque locum, sive permutatio facta fuerit de
beneficiis æqualibus, sive inæqualibus: licet hoc neget Gomezius ad d. Re-
gulam. quest. 19. Nam regula verba sunt apertissima, sive simpliciter,
sive ex causa permutationis, &c. 2. Quod & in ea locum habeat regula
de publicandis resignationibus: quia & in ea multæ fraudes interveni-
re possunt: Dartis d. loc. vers. renuntiatio. Zœf. d. loco num. 38. Quo-
tamen regula quoad permutationes coram Ordinariis factas, nec in His-
pania,

Spania, Garcias d. part. II. cap. 3. §. 4. num. 289. Nec in Belgio, Zypaus
in jure Pontif. novo. tit. de rer. perm. usu est recepta.

Singulare quod habet, est, quod non sit pura, quod non est sim-
pliciter in favorem ejus, cum quo sit permutatio, sed sub modo & con-
ditione quadam, si forte ipse vice sim beneficium suum renuntiaverit in
favorem meum propter ea que, ut dictum supra, utrumque beneficium
alii, quam permutantibus conferri non potest. d. Clem. nn. de rer. permut.

Qua de causa potior habetur permutatio gratia exspectatiis, &
optioni quoque ex consuetudine Canonicō antiquiori competenti. d.
c. un. cod. in 6. &c. fin. de consuetud. in 6. Dartus d. loco.

TITULUS XVI.

De Officio & Cura Episcoporum.

S U M M A R I A.

1. *Munus Episcopi in qui-* 4. *In quibus circa Sacra-
bus consistat potissimum.* *mentorum administra-*
2. *In quibus circa fidem* *tionem.*
& Dei venerationem. 5. *Quae attendere debet cir-*
3. *In quibus circa Divi-* *ca person. res, & loca*
norum Officiorum cele- *Ecclesiastica.*
brationem. 6. *Quae in pascendis ovibus.*

 Mnés, qui Episcopali sunt illustrati gradu, fungi decet offi-
cio & munere suo.
Quod sanè est gravissimum. Principù tamen consistit
in duobus. Primo in cultu divino, & augenda & conservan-
da religione Christiana. Secundo In ovibus sibi commissis pascendis easq;
ad salutis aeternam perducendis. Barbos. lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ.
cap. II. num. 2.

Quae cultum divinum religionemq; Christianam concernunt; 1. vel
Y perti-

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

pertinent ad fidem & Dei venerationem: 2. vel officiorum divinorum celebrationem: 3. vel Sacramentorum administrationem: 4. vel habrum rerum Ministerios, & res, & Ecclesiastica loca. 5. De singulis una cum Barbosa d. loco videndum.

2 Officium Episcopi circa fidem, & venerationem Dei consistit in multis. Primo: Si sit in terris infidelium, curare eum oportet, ut omnes oves ipsi subiecte suscipiant fidem Christi; si in terris fidelium, ut fidei rudimenta suscipiant, & doceant ea ritè omnes, & explicentur ritè omnibus: can. ante baptismum. de consecrat. dist. 4. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 4. Constit. Pii V. incipit. Ex debito pastorali officii. die 6. Octobr. 1572. Pia sec. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 19. Zerol. in praxi Episc. part. 1. verbo doctrina Christiana. §. 3. Secundo: Curare debet ut inanes & periculosæ, maximè laicorum, disputationes fidei tollantur: c. quicunq. §. 1. de heret. in 6. can. 2. quoties. 24. qu. 1. Farinac. de heresi. qu. 78. num. IIII. cum seqq. Tertio: Verbum Dei ut prædicetur populo, sacraque Scripturæ & Theologia habetur lectio: de quo capite proximo. Quartu: Nè Sacro Sancte Scripturæ verba ad superstitiones, incantationes, divinationes, sortes, & alia prophana & scurrilla convertantur, & adhibeantur: Concil. Trident. sess. 4. de reformat. in fine. Quinto: Nè in concionibus fabula & revelationes falsæ prædcentur: d. Concil. Trident. sess. 4. in fine Barbosa de officiis & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 76. num. 84. Sexto: Nè libri de rebus sacris sine Auctoris nomine imprimantur, vendantur, retineantur, nisi prævio suo examine: Concil. Lateran. sess. 10. de impress. libror. Gambat. de off. & potest. Legati à Latere. lib. 2. num. 230. Cened. ad Decretal. collect. 8. num. 7. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 17. qu. 1. Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 7. cap. 2. Septimo: Omnes arte magicanam exercentes, docentes, & superstitionibus aliisque similibus operam dantes, ut ex dioecesis sua eradicentur: can. contra. 10. can. 12. Episcopi. 26. qu. 5. Ottavio: Ut hæreses hæreticique omnes extirpentur. Barbosa. d. lib. 1. jur. Ecclesiast. univ. cap. II. num. 14. Nonò: Miracula nova; tam Sanctorum canonizatorum, quam non; ut, recognoscere & approbare, ita & publicare: c. sfa. de relig. & vener. Sanctor. Concil. Trident. sess. 25. in decreto de reliqui. & vener. Sanctor. & Collect. ad eundem cap.

cap. ult. Piaceſ. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 18. vers. miracula. Marcus Anton. variar. refolut. lib. 1. refol. 112. cas. 42. Decimò Sanctorum ab Ecclesia canonizatorum, non aliorum, reliquias in Dioecesi suā approbare; Suarez. in tertia parte queſt. 25. art. 6. disp. 55. ſect. 2. vers. quaret aliquis. Sanchez. in pracepta Decalogi. tom. I. lib. 2. cap. 43. num. 14. approbatas publicè venerandas exponere: Sanct. d. loco num. 10. Azor. iſtit. moral. part. I. lib. 9. cap. 8. qu. 8. Undecimò: Nè in Dei & Sanctorum venerationem statuta festa contennantur, aut fidelesii diebus divini intercessie negligant, atque operibus servilibus aliisque illicitis operam dent, cavere: Franc. Leo in Thesaur. Fori Eccles. part. 2. cap. 16. Barboſa d. lib. & cap. à num. 1. uſq; ad 23.

Circa divinorum officiorum celebrationem Episcopus curare debet 3 septem. Primum; Ut Sacerdotes celebrent horis debitis: Concil. Trident. ſeff. 22. in decreto de obſervand. & evitand. in celebrat. Miff. Secundum; Intra Ecclesiam, in loco ſacro, ad id ſpecialiter deputato: Concil. Trident. d. loco. in vers. atq; omnino extra Ecclesiam. S. Thomas 3. part. queſt. 85. art. 3. ad 1. Durand. in ratione divin. lib. 4. cap. 1. num. 41. Joan. Valer. de diſſerent. utriuſq; fori: verb. Miffa, diſſer. 2. in princ. vide Barboſa d. lib. 1. & cap. jur. Eccles. univ. num. 27. Tertium; Sacerdotes exteros Miffas, niſi viſis literis commendatiis, celebrare non permittant: Concil. Trident. ubi ſupra. vers. nè cui vago. & ſeff. 23. de reformat. cap. 16. vers. nullus. Fr. Emanuel. queſt. regular. tom. 2. queſt. 121. art. 1. Campan. in diverſi. Juris Canonici. lib. 6. rubr. 9. num. 1. vide Barboſa de offic. & potest. Epifcopi, parte 1. alleg. 2. I. num. 1. in fin. Quartum; Sacerdotes curam animarum habentes, diebus faltem dominicis & festi- vis, ut muneri, in celebrando, ſuo ſatisfaciant, conſtringant: Concil. Trident. ſeff. 23. de reformat. cap. 14. Fr. Emanuel. ibid. tom. 1 qu. 252. Azor. iſtit. moral. part. I. lib. 10. cap. 24. qu. 2. & 3. Bonacina de Sa- crament. diſp. 4. qu. ult. puncio 7. num. 3. Quintum; Populum ut in Parochia propria, Miffam audiant, citra tamen mulctam, cogant: Ze- rola in praxi Epifcop. parte 1. verb. Miffa, §. 6. Sextum; Musicam impuram arceant: Concil. Trident. in d. decreto. de obſervand. & evitand. in celebrat. Miffar. Navar. in manual. cap. 12. num. 87. Barboſa in collect. ad c. dolentes. num. 15. de celebrat. Miffa. Septimum; Populis diuersarum

Corvinus

De Personis
Beneficis Ecclesiasticis

G IV

32

linguarum & rituum in eadem morantibus dioecesi, officia, & Sacra-
menta secundum eorum linguas & approbatos ritus, celebrari & min-
istrari eurent. c. quoniam in plerisq. 14. de offic. ordin. Sbroz. de offic. Ordin.
vicar. lib. 1. qu. 81. num. 16. & 17. Barbos. d. lib. 1. Jur. Eccles. univ. cap.
II. anum. 24.

4 Circa administrationem Sacramentorum observare Episcopus de-
bet precipue sex. Primum; Ut ipse ea, maxime confirmationem, ad-
ministreret; can. Presbyteros. de consecrat. dist. 4. c. quanto. de consuetud.
Concil. Trident. sess. 7. de Sacram. Confirmat. can. 3. Covari. variatur. resolut.
lib. 1. cap. 10. num. 4. & 6. Durand. in ratione. divin. lib. cap. 84. Henr. in sum. lib. 3. de confirmat. cap. 6. §. 1. Barbos. de offic. potest. Episcop. part.
2. alleg. 30. num. 1. hoc non diu omittat. Tolet. in instruct. Sacerdot. lib.
5. cap. 4. Mare. Anton. Genuens. in man. Prelat. cap. 54. num. 2. faciat
indua, non aliena dioecesi. Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. Ro-
ginald. in praxi fori penit. lib. 28. num. 1. Bonac. de Sacram. disput.
3. qu. un. punct. 2. num. 12. Secundum, Ipse Ordinis Sacramenta
conferat: Concil. Trident. sess. 23. de sacram. Ordin. can. 57. per can. per-
lectis. vers. ad Episcopos. dist. 25. can. quamvis. dist. 68. c. 1. de ordinand.
ab Episcopo. Tertium; Attendat ut reliqua Sacra menta cum formade-
bita, ritu, materia, tempore legitimo, à personis dignis, & habitibus
cum reverentia ac honore debito, ministrentur; Sacramentum Eu-
charistiae honorificè & decenter conservetur. c. sane de celebrat. Missat.
Barbos. de off. & potest. Episcop. part 2. alleg. 22. per tot. Quartum:
Ut Sacramentorum ministratio sit gratuita: can. placuit il. 2. can. 1. qu.
1. Quintum; Ut Concilii Tridentini decretum de matrimonii cele-
brandis publicetur sepius; sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1. Sextum:
Ut Sacramentorum omnium jus ac robur à Parochis exponatur
populis suis: Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 7.

5 Circa personas, res, & loca Ecclesiastica attendere debet Episcopus:
1. Ut ea, que ad Clericorum ordinationem: beneficiorum collatio-
nem, Regularium personarum institutionem, dicturi sumus infra suis
locis, esse necessaria, serventur diligenter. 2. Clerici ac Regularis
delinquentes, juxta dispositionem Sacrorum Canonum corrigantur:
c. irrefragabili. 13. de offic. Ordin. Clem. l. cod. vide infratit. de vita. & ho-
ne. fl.

neſt. Clericor. & de statu Regular. 3. Nē ſinc formariſt, teſtionali-
busiſ literis, Clericos fulciant peregrinos: *can. ſin. diſt. 71.* 4. A
perfonis Regularibus, teſtamentorum Executoribus factis, rationes
exigat: *Clem. un. deſt. ſtament. Fr. Emanuel. quæſt. regular. tom. 3. qu. 70.*
art. 5. Molina de Justit. tract. 2. diſt. 247. col. pen. verſ. 3 Religioſ. Ab-
batum negligentiam ſuppleat: *c. quanto. 7. de officio Ordin.* 5. San-
ctimoniales, cum conſtituantur, admoneat, ut ſemel ſaltem ſingulis
mēſib⁹ conſtituantur, & co-municent: *Concil. Trident. ſeff. 25. de*
Regular. cap. 16. Campan. in divers. Fur. Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 51.
*cum ſeqq. eis Confefſore adſignet, monaſteria viſitet, ut ſuis videbi-
mus locis. 6. Locorum Eccleſiaſticorum immunitatē tueatur;* c. de-
cret de immunit. Eccles. in 6. 7. Eccleſiarum reverentiam, circum eis ſie-
ri prohibita, conſeruer & augear. *qua de re infra parte ſecunda.*

Quale ſit Officium Epifcopi in cultu diuino & augenda & conſer-
vanda religione Christiana vindimus jan. Videamus nunc officium
Eius circa curam in paſcendis oviſbus adhibendam.

Primo; Quod & præcipuum eſt; Debet prædicare verbū Dei; 6
ſubditos docere, monita ſalutis eis tradere, delinquentes corriger,
monere: c. audire. diſt. 25. c. inter catena. 15. de offic. Ordin. Concil. Trid-
ent. ſeff. 5. de reform. cap. 2. & ſeff. 24. de reform. cap. 4. vide can. ſicut vir.
11. cauſ. 7. qu. 1. *Secundo;* Animarum curam gerere, ideoque bonos
& idoneos Rectores seu Curator instituere: *can. nullus. 10. qu. 7.* Si ne-
cessè ſit eam in ſe ſuſcipere: *fac. can. illud. diſt. 95.* *Tertio;* Excom-
municatorum nomina & ſubditis ſuis & viciniſ, ſi oporteat, publicare,
ea pro Eccleſia foribus affigere: *can. cur. 11. qu. 5. Clem. un. de con-*
sanguin. & affinib. *Quarto;* Subditorum vitia arguere, errantes cor-
rigere, ut ad ſalutis viam revertantur, obſecrando, arguendo & inſtan-
do eurare: *Concil. Trident. ſeff. 23. de reformat. cap. 1.* *Quinto;* Inter
ſubditos pacem conciliare; c. ſtudendum. c. præcipua. diſt. 90. can vi-
olantes punire: c. 1. de treuga & pace. *Sexto;* Pauperibus victum lar-
giri, viduarum, & orphanorum, ac perfonarum uiferabilium paternam
curam gerere: *Trident. Concil. ſeff. 23. de reformat. cap. 1.* *Septi-
mo;* Subditos monere ne vanis & ſuperfluis ſumptibus bona ſua conſu-
mant: *Clem. 2. de Magistr.* *Ottavō;* Diocecum ſuam ſepiuſ viſitare
perſo-

Corvinus

De Personis

Benefi. Ecclesiast.

G IV

32

personaliter: can. legitur. can. relata. can. decernimus. 10. qu. 1. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. Quodere infra tit. speciali. Nonò; Se-
mel quotannis Synodus seu Concilium totius Cleri convocare: can.
quoniam. can. annis singulis. dist. 18. Decimò; Apud Ecclesias suas,
quantum posibile, residere: Concil. Trident. sess. 23. de reformat. 1. can.
si quis in Clero. can. placuit. il. 1. caus. 7. qu. 1. eas, sine legitimis caussis,
can. nisi cum pridem. ubi Dd. de renunc. can. scissionis. cum seqq. can. fin. 7.
qu. 1. non deserere: can. suggestum. 7. qu. 1. Hæc omnia Barbosa d. lib. 1.
de jur. Eccles. univ. cap. 11. §. 1.

TITULUS XVII.

De Potestate Episcoporum Ordinaria.

S U M M A R I A.

- 1. Continuatio.
- 2. Episcopalis potestas quo-
tuplex.
- 3. Quæ habeat jure Ordi-
nis.
- 4. An jure Divino.
- 5. Jurisdictionis Lege com-
petens potestas quoquu-
plex.
- 6. Ordinaria in quibus
consistat personarum.
- 7. Quos habet effectus cir-
ca personas.
- 8. Quos circa res & loca.
- 9. Ordinaria respectu ju-
risdictionis, qualis cir-
ca dispensationem respe-
ctu irregularitatis.
- 10. Qualis respectu cohabi-
litatis ad Beneficia.
- 11. Ad matrimonium.
- 12. Ordinaria erga abso-
lutionem circa qua ver-
setur.
- 13. An absolvendi po-
tatem delegare possit al-
teri.

14. Quæ

14. Quæ Episcopi potestas 16. Qui ab ea liberi.
ex Lege Diœcesana. 17. Lex Jurisdictionis &
15. Unde eam habeat. Diœcesana an differant.

Quia Episcopale manus, ut ex supra relatis oneribus & officiis
injunctis patet, est gravissimum; illud ut implere valeant Epis-
copi, & honor eis debitus, & obedientia exhibeantur à Sub-
ditis, auctoritas, dignitas, præminentia est à Canonibus
concessa Eis maxima. Potestas appellatur.

Ea vel est Ordinaria, vel Delegata. Illa in tria dividitur mem-
bra; Quædam enim pertinent ad Episcopos Jure Ordinis, seu Conse-
crationis Episcopalis, quæ scilicet solus Episcopus exercere potest, non
alius: Quædam Jurisdictionis Lege. Quædam Ratione dignitatis, seu
Lege Diœcesana.

Quæ sunt Ordinis &, respectu eo, ad solum pertinent Episcopum, 2
sunthac: Solus potest Christina confidere: Baptizatorum frontes chri-
stiane signare: can. perleit. vers. ad Episcopum. dist. 25. can. quamvis.
dist. 6 8. c. literis. de consecrat. dist. 3. can. si quis de alio. de consecrat. dist. 4.
oleum & Catechumenorum & infirmorum confidere: Concil. Trident.
sess. 7. Conc. VVormat. can. 2. Sot. in 4. dist. 7. qu. un. art. 2. Victor de Sa-
crament. conclus. 40. Chamer. de Sacram. tract. 3. de confirm. cap. 2. de
mater. confirmat. pag. 112. Sayr. de Sacram. in genere. lib. 1. cap. 3. qu. un.
art. 13. Basilicas consecrare: in Ecclesia consecrata altaria erigere &
consecrare: ea si violata & polluta, ablucere & reconciliare: d. can. perle-
it. d. can. quamvis. & can. 1. cum simil. dist. 1. cap. pen. de consecrat. Eccl.
c. un. eod. in 6. Clericis majores ordines conferre. Concil. Trident. sess. 13.
cap. 4. Episcopos consecrare: ad Titum cap. 1. & Clericos & Episco-
pos degradare: Concil. Trid. d. sess. 13. Barbosa d. lib. 1. jur. Eccles. univ.
cap. 11. num. 99. Leo Thes. fori Eccles. part. 1. cap. 14. num. - Strein.
Sam. Jur. Canon. part. 1. tit. 7. § 6. Maurize Jur. Canon. select. lib. 1. tit.
9. tit. Episcopi potestas.

Quæ habet Episcopus, sed non nisi consecratus can. Pontifices. 7. 3
qu. 1. can. interdicimus. 16. qu. 1. can. 1. caus. 26. qu. 6. Jure Dinino ad-
eo ut ea alteri quam Episcopo consecrato; concedere nequeat: si fe-
cerit,

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

cerit, facta collatio, nulla consuetudine valente in contrarium, c. quan-
ia de consuet. c. aqua. de consecr. Eccles. Gloss. & D. d. in c. transmissi. de
elect. est irrita. Quia ralem potestarem delegare solius est Pontificis.
Gloss. in can. personis. disf. 9. §. can. manus. de co. secrat. disf. 6. Abbas in d.
c. quanto. Famus in Armilla verb. Episcopus. num. 11. Bellarm. de confi-
mat. cap. 52. Strein. d. §. 6.

4 Prater dicta, ratione Ordinis habet Episcopus adhuc alia; sed tan-
tum ex Ecclesia institutione: unde aliquando aut ex consuetudine aut
delegatione, aut privilegio, minoribus Episcopo Praelatis aliquando
communicantur. Suar. de relig. tom. 5. tract. 8. lib. 2. cap. 30. num. 4.
Lamburin. de jure Abbat. tom. I. disfut. 22. qu. 1. Barbosa d. loco num.
100. Strein. d. loco.

Qualia sunt: Minores ordines & primam tonsuram conferre:
Barbos. d. loc. num. 101. Sacras Virgines benedicere seu consecrare: d.
can. perfectis. S. ad Episcopum. disf. 25. Leo Papa epist. 86. can. 2. can. 26.
qu. 16. publicè poenitentes in missa reconciliare: d. c. quamvis. disf. 68.
can. 1. c. ministrare. 26. qu. 6. can. 1. can. Aurelius 26. qu. 1. can. ult. 26.
qu. 60. poenitentias publ. casinjungere: c. accedentibus ubi Abbas de exec.
P. alat. campanas benedicere & ungere: Durand. in ratione. dis. vin. offi.
lib. 1. cap. 4. Calices & patenas, corporalia, pallias altaris & Sacerdotia
la vestimenta, aliaque Ecclesia utensilia consecrare: Azor. instit. moral.
part. 2. lib. 9. cap. 7. qu. 1. Sbroz. de offic. Vicarii, lib. 2. qu. 10. Abbas in d.
c. aqua. de consecrat. Eccles. Reges Abbates, Abbatissas, benedicere:
Pissec. pag. 62. in Missa solemni benedictionem solemnem post oratio-
nem Dominicam dare: Strein. d. §. 6.

5 Potestas Episcopalis respectu eorum, quæ sunt Jurisdictionis, est de-
plex; alia Ordinaria, alia Delegata.

6 Ordinaria autem personarum & locorum subjectione; autem
Subditorum dispensatione & absolutione.

Ea quæ in personarum & locorum subjectione consistunt; compre-
hendit; quoad personas, beneficiorum & gratarum concessionem,
correctionem, poeniarum impositionem; quoad loca & res Ecclesiasti-
cas, carum dispositionem & administrationem.

7 Quoad personas ergo; Primo; Habet eas omnes & singulas sur-
Dioces.

Dioecesis, cuiuscunque gradus sint & qualitatis & in animæ, & in exteriori foro, quoad causas & delicta Ecclesiastica, eorumque poenas, censuræque Ecclesiasticas, si sint laicæ, subjectas; seu Ecclesiastice, prætere quoad causas civiles, crimina, poenarumque genera omnia: *qua de re infra suis locis: Secundò*; Dat formatas, id est, pro ordinibus ab alio recipiendis Episcopo literas dimissorias: *can. fin. & per tot. dist. 71. Gloss. fin. inc. cum nullus. de tempor. Ordin. in 6. & ibi Juan. Andr. num. 2. An- obar. in verb. in exemptis. num. 3. Franch. num. 5. Concil. Trident. sess. 23. dereformat. cap. 10.* *Tertio;* In Ecclesia & Dioecesi sua facit constitutions, sed Sacras Canonibus non obviantes: *can. Catholica. dist. 11. c. 2. ubi Gloss. & Dd. de major. & obed. in 6. c. 2. de confit. in 6. Massobr. de Synodo Episcopi. cap. 2. dub. 1. num. 5. vers. 18. & dub. 41. cum seqq.* Juri Communi, si vel auctoritate Summi Pontificis, vel præscripta roboren- tur consuetudine, præferendas. *Gutier. de Canon. lib. 1. cap. 33. num. 33. Garcias de benef. part. 1. cap. 1. num. 99.* *Tertio;* Clericos omnesque personas Ecclesiasticas sibi subjectas corrigit, carcerat, suspendit, degradat, beneficiis privat, & poenas, & censuras alias imponit: *ut sus vi- debimus locis: Quartò;* Capituli quandoque negligentiam, *Concil. Trident. sess. 5. de reformat. cap. 1. sess. 24. dereformat. cap. 16.* nec non Abbatum, ac Metropolitani vices in nonnullis supplet: *Conc. Trident. d. sess. 23. cap. 1.* controversias de præcedentia inter personas Ecclesiasticas componit: *sess. 25. de Regular. cap. 13. vide Barbos. de officio. & po- test. Episc. part. 3. alleg. 78. num. 26. cum seqq.* *Quinto;* In Laicorum sui Dioeceseos mores advertit, de criminibus eorum cognoscit; quantum ad forum ejus pertinent; uti *adulterium, heres, usura, & alii.* Quæ sit, si sint tam gravia, ut per censuras Ecclesiasticas nequeant puniri sufficenter; cum Ecclesia non utatur gladio, *can. inter 33. qu. 2. brachium invocat seculare. c. 1. de off. & Judic. ordin.* In, vel indulto Pontificio, vel consuetudine exemptos ordinariam Jurisdictionem non exercet, uti nec in Monachos cum Superioris sui subsint correctioni: *can. Abbates. 16. can. 18. qu. 2. nisi deliquerint extra monasterium.* *Concil. Trident. sess. 6. cap. 3. de reformat.* aut Prælati correctionem ne- ligant. *c. quanto. 7. cod.* Exempta tamen loca, ut Delegatus Apostoli- cus visitat, emendat, corrigit. *Concil. Trident. sess. 21. dereform. cap. 8.*

Z

Quo-

*Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G IV

32

8 Quoad res & loca Ecclesiastica. Habet Episcopus, Primo; Ecclesias, Parochias, Monasteria, & Hospitalia, loca pia, religiosa omnia, sub potestate sua & regimine: can. regenda. 10. qu. 1. exemplis exceptis Secundo; Res & bona Ecclesiastica ac beneficia & Ecclesiarum jura omnia quoad quædam continent sub regimine suo: can. nullus omnino. 16. qu. 7. Tertio. Causas, ad forum Ecclesiasticum spectantes de Jure, cognoscit, & omnino saltem in instantia prima & in Dicecisi suatur minat, executioni mandat. Concil. Trident. 24. sess. de reformat. cap. 20. Leo in Tresur. Fori Eccles. part. cap. 1. num. 70. Zerol. in praxi. Episcop. part. 1. verb. instantia. §. 4. Barbos. de offic. & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 81. in princ. Quartu Ecclesias omnes, loca Ecclesiastica omnia, res omnes visitat, in visitando necessaria & oportuna ordinat, disponit, exemptorum jure salvo: c. in singulis. cum seq. de statu Monach. Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 7. & 8. & sess. 21. de reformat. cap. 8. & sess. 24. de reformat. cap. 3. & sess. 25. de regularib. cap. 20. Quinto; Ecclesias ædificandas designat; quædere infra. de litigiosis cognoscit, & curat: can. si plures. 16. qu. 7. Sexto; Legata ad pias caussas ut præstentur, curat: c. nos quidam. c. si haredes. c. Johannes. de testam. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 8. Septimo; Criminales poenas ad suum a bitrium locis pliis aut pauperibus distribuit: Barbos. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 11. num. 128.

9 Ordinaria Episcopalis potestas respectu Jurisdictionis, & in Subditorum dispensatione & absolutione consilit; Que in dispensatione, versatur circa tria; Nempe 1. Irregularitatem: 2. Inabilitatem ad consequenda beneficia & officia: 3. Facultatem contrahendi matrimonia contra canonica impedimenta.

Circa irregularitatem; dispensat Episcopus pro Ordinibus suscipiens; & pro ministrando in suscepis.

Pro Ordinibus suscipiens. In contrafacta pie delicta occulta post poenitentiam peractam: can. de his verò. 34. diff. 50. In occultè baptizatum iterante: Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. Toler. infruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 70. 2. Occultè duos sacros ordines, vel acolytatum cum Diaconatu luscipientem: Concil. Trident. d. loco. Ugol. de irregul. cap. 39. §. 1. num. 31.. 3. Malè & occultè susceptos Ordines

nes administrante: *Concil. Trident. d.loco. Majol. de irregularib.lib. I. cap. 10. num. 9. in fin. Campan. de divers. jur. Canon. rubr. 7. cap. 5. num. 2.*
 4. Occulte Ordines quos non habebat; exercebente: *Ugolin. tract. de potest. Episcopi. cap. 57. §. 3. num. 1. vers. si etiam. 5. Per saltum ad Ordines promoto: Ugolin. d. cap. 57. §. 2. num. 4. vers. tertio. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 14. in fine. Marc. Alter. de censur. tom. 2. disp. 10. cap. 5. vers. hoc in loco. 6. Cum sacros Ordines ab Episcopo, qui dignitatem renuntiavit, censura irretitus, schismaticus, hereticus, depositus, degradatus, suscipiente: Concil. Trident. d.loco. Ugolin. d. loco. vers. quinto. *Azor. inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. qu. 10. Reginald. in praxe fisci Panit. lib. 30. num. 190. vers. 4.* 7. Cum Simoniaco occulto: quem tamen non habilitat. *Concil. Trident. d.loco. Garcias de benef. part. 8. cap. I. num. 74. Less. de just. lib. I. can. 35. num. 140. vide Sayr. de censura. lib. 4. cap. 17. ad fin.* 8. Cum suspenso eò, quod furtivè ordines suscepit: *Ugolin. d. cap. 57. §. 2. num. 4. vers. 4.* 9. Cum suspenso, quia sine dimissoriis literis ordines recepit: *Bonac. de Sacram. disp. 8. qu. unica puncto 4. n. 25.* 10. Cum religiosis, quod admiserint feminas occulte inter claustra, suspensis: *Sanc. in precepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 41. in fin. vide Garc. d. tract. part. II. cap. 10. num. 122.* 11. Cum occulte excommunicato celebrante: *Piasc. in praxi Episcop. part. I. cap. 1. num. 56. Mirand. in man. Pralat. tom. 2. qu. 8. art. 14. conc. 2. Barbos. Jur. Eccles. univ. lib. I. cap. II. num. 146.* 12. Cum homicida casuali & occulto: *Mirand. d. loc. art. 13. conclus. 2. & 3. Concil. Trident. d.loco.* 13. Cum homicida voluntario, sed iusto: *Covarr. in Clem. si furiosus part. I. §. 3. num. 7. in fin. Navar. in man. cap. 27. num. 240. vers. 4. Frat. Emanuel. quest. regul. tom. I. quest. 24. art. 8. Barbos. d. loc. num. 153. Diff. Garc. d. tract. part. 7. cap. II. num. 40. Zerola in praxi Episc. part. I. verb. irregularitas. Molin. de just. tract. 3. disput. 79. num. 8. vers. 4. alioq.* 14. Cum se mutilante, etiam voluntarie, sed occulte: *Tolet. in Inst. Sacerd. lib. I. cap. 88. cum seqq. Frat. Emanuel. qu. 24. art. 10. Avila de censur. part. 7. disp. 6. tract. 5. dub. 4. Garc. d. cap. II. num. 30. cum seqq. Barbos. d. loco num. 154.* 15. Cum poenitentio propter delictum, non adulterio gravius, commissum, erit manifestum: *c. at si Clerici. §. de adulteriis. de Judic. de Otero. Roman.**

Corvinus
De Personis
Benef. Ecclesiasticis

G IV

32

man. lucubrat. qu. 32. 16. Cum occulte illegitimo: Concil. Trident. d. loco. Avila d. loco. Barb. d. loc. num. 156. Diff. alii. 17. Cum illegitimo omni manifesto, etiam ex coitu damnato; quoad minores Ordines & beneficium simplex: c. 1. de filiis Presbyt. in 6. Gigas de pension. qu. 17. Garc id. part. 7. cap. 2. num. 48. Campan. de divers. Jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 81. 18. Cum Reo criminis gravioris etiam manifesti, sed excusatione aliqua justa gaudente: exempla vid. in can. Presbyteros qui: diff. 50. c. 8. Henricus de Cler. pugn. in duel. can. studeat. diff. 50. cap. intersecisti. de homicid. can. 1. quicunq. 1. qu. 5. 19. Cum corpore vitiato leviter, aut debilitato: Serapbin. decif. 625. num. 5. Campan. d. rubr. 11. cap. 17. num. 204. 20. Cum vero, aut interpretativo; Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. §. 11. Sanch. de matrim. lib. 7. dis. 86. num. 14. aut similitudinario Bigamo; ut Clerico cum unica & Virgine contrahente: d. sic intell. text. in c. Sacerdotes. de Cler. conjug. & in c. 1. qui Clerici vel voventes. Sanch. d. disp. 86. num. 20. Riccius in praxi aurea. resolut. 220. Scipio de Rubeis. in aphor. Episc. verb. Bigamu num. 3. 21. Cum laborante infamia facti: ex criminis aut delicto notorio: Nav. in man. cap. 27. num. 204. Ugol. n. de potest. Episc. cap. 60. §. 5. num. 9. Avila de censur. part. 7. disput. 4. dub. 6. 22. Cum ordinantis quoad interstitia ex legitima causa: Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 11. cum seqq. Barbosa d. lib. & cap. per tot.

Quoad dispensationem Episcopi in irregularitate circa Ordinum jam susceptorum ministerium; sciendum; Posse eum dispensare ad ministrandum in susceptis, in omnibus casibus, in quibus dispensare potest ad ordines suscipiendos. Imò facilius. arg. can. si quis Presbyter. diff. 50. c. 1. in fin. de ordinand. ab Episc.

In casibus aliis hic non enarratis dispensat respectu irregularitatis solus Papa. vide Barbosa d. lib. 1. cap. 2.

10 Circa habilitatem ad beneficia, dignitates ac officia Ecclesiastica consequenda rectè dispensat Episcopus: 1. Cum illegitimis quoad beneficia simplicia: ut dictum supra. 2. Cum recipiente beneficium de manu laici: Innoc. in c. quisquis de elect. argum. c. nuper. de sent. exam. 3. Cum petente beneficium alterum, primo ad sustentationem ejus non sufficiente: Garcias d. part. 11. cap. 5. num. 310. in 1. & 2. declar.

Maffobi.

Maffobr. in praxi habendi concursum. requis. 7. dub. 16. 2. Cum beneficiato & intra annum ordinando, ut per illum abesse & incumbere studiis possit: c. cum ex eo deelect. in 6. Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 36. 4. Olim in ætate ad Dignitates non curatas & simplicia beneficia; c. un. deitate & qualit. ordin. in 6. non potest Concilium Tridentinum hodiè: *Garcias d. tract. part. 7. cap. 4. num. 21.* 5. Cum Parocho nè residat ad tempus. c. licet canon. de elect. in 6. Binietre secundum Concilium Tridentinum. *sess. 23. de reform. cap. 1. ad fin.*

Circa facultatem contrahendi matrimonia contra impedimenta canonica dispensare potest Episcopus in casibus sequentibus: 1. In interdicto tempore; can. non licet. can. nec uxorem. 33. qu. 2. c. Capellanus. de seris. Bonacina de matrim. quest. 3. puncto 14. num. 4. Barbol. de off. & potest. Episc. parte 2. alleg. 32. num. 194. 2. In denuntiationibus: Concil. Trident. sess. 24. dereformat. matrim. cap. 1. Leo in Thes. fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 51. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 7. num. 4. cum seqq. 3. In impedimento, sive ex crimine, can. si autem. 33. qu. 2. Cajetan. in Sum. verb. matrimonium. vers. secundum verò caput in fin. sive alio impeditio illud contrahi: Ugolin. de potest. Episc. cap. 60. §. 3. Bonacina d. qu. 3. punct. 15. num. 3. Sanch. d. lib. 7. disp. 17. 4. In impedimento illud contractum dirimente: sed occulto; Sanch. de matrim. lib. 2. disput. 11. num. 3. & disput. 40. num. 7. Lessius de Justit. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 128. Basil. Pont. de impedim. matrim. lib. 8. cap. 13. num. 6. Bonacina d. qu. 3. punct. 15. num. 6. 5. In impedimento orto ex Baptismo non rite collato: Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 6. num. 7. 6. In contrahentium ætate. Sanch. d. lib. 7. disp. 104. num. 12.

Imò dispensare potest Episcopus in casibus omnibus specialiter Papenon reservatis. *Gloss.* in verb. dispensatum. in c. quibusdam. de pænit. & remiss. *Gloss.* verb. dispensatum. in c. postulatis. de cler. excomm. & verb. moniti. in c. Clericis. eod. in verb. Apostolica. in c. excommunicamus. §. credentes. de heret. verb. interdicta. in c. cum illorum. de sent. excom. Majol. de irregul. lib. 5. cap. 51. num. 4. *Miranda in man. Prelat. tom. 2. quest. 30. art. 10. concl. 2.* sed non nisi ex causa justa, eaque cognita. Concil. Trident. sess. 25. dereform. cap. 8. Gutier. canon. lib. 1. cap. 19. num. 5. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 8. num. 3. & lib. 8. disp. 17. num. 10. alioqui dispen-

Corvinus

De Personis

Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

pensatio est nulla, secund. Covarr. de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 5.
Navar. in man. prelud. 9. num. 15. Mirand. in man. prelud. tom. 2. qu. 30.
art. 4. concl. 4. Barbos. de off. & posest. Episc. part. 2. alleg. 34. num. 1. si
quidem facta sit in lege Superioris: non si in dispensantibus lege propria.
Sanch. d. disp. 17. num. 27. Suar. de legib. lib. 6. cap. 15. num. 8. Salas de
legib. disp. 20. sect. 4. num. 43. Barbos. d. alleg. 34. num. 2. & 3.

12 Ordinaria Episcopi Jurisdictione, qua constituit in Subditorum absolu-
tione; versatur 1. Circa vota, Suarez. tom. 2. de relig. tract. 6. de vo-
to. lib. 6. cap. 10. num. 3. Mirand. in man. Prelat. tom. 2. qu. 32. art. 2. ex-
ceptis votis iis, à quibus solus absolvit Papa, ut castitatis; nisi sint ad
tempus; aut quidem in perpetuum; sed emissā per metum; aut ver-
simile sit incontinentia periculum: & votis religionis, peregrinationis
Romanæ, Hierosolymitanæ, Compostellanæ, nisi facta in poenam;
Suar. d. loc. tract. de juram. lib. 2. cap. 40. num. 4. & seqq. & tract. de vo-
to. lib. 6. cap. 21. num. 2. cum seqq. Ugo. de offic. Episc. cap. 58. §. 4. Lef.
de justit. lib. 2. cap. 46. dub. 13. num. 104. cum seqq. Barbos. d. part. 2. al-
leg. 37. pertot. 2. Absolvit Episcopus a juramentis. Barbos. lib. 1. jur.
Eccles. univ. cap. 11. num. 203. 3. Ab excommunicatione & aliis
censuris in casibus sibi, vel nemini, c. nuper de sentent. excommun. Say.
de censur. lib. 2. cap. 19. Suar. eod. tract. disp. 7. sect. 3. Barbos. d. loco. num.
204. imò & nonnullis, quos refert Barbo in d. part. 2. alleg. 41. & incol-
lect. ad can. si quis suadente. 17. qu. 4. ex num. 77. ad num. 95. Papæ refer-
vatis: 4. A poenitentis absolvit subditos, qualescumque; cives, in-
colas, advenas, peregrinos, etiam vagabundos, scholasticos, merca-
tores. Suarez. de penit. tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 3. Sanch. de matrim.
lib. 3. disp. 23. num. 12. Garc. de benef. part. 11. cap. 10. num. 139. Ze-
rolain praxi Episcop. part. I. verb. Vicarius. Bonac. de censur. disp. 1.
qu. 3. puncto 2. num. 5. Novar. in singul. jur. Canon. concl. 2. num. 2.

13 Quam dispensandi & absolviendi potestate in alteri delegare utrum
possit Episcopus, non convenit inter Canonistas: Ajentibus Navar. confi.
11. num. 4. de privileg. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 10. qu. 11.
Sanch. de matrim. lib. 2. disput. 40. num. 17. vers. sed dicendum. & dict.
lib. 2. cap. 11. num. 23. Negantibus hoc absolute, Mari. Alter. de cen-
sur. tom. 2. disput. 8. cap. 3. conclus. 4. vers. tertio notandum. ut advertunt
Suar.

Suar. tom. 5. disput. 47. sect. 2. num. 8. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 13. num. 29. Distinguuntbus alis inter dispensationem ab irregularitate & suspensione, & absolutionem à caibus reservatis: illam dicentibus exerceri posse per quemcunque; hanc non nisi per vicarium specialiter ad hoc deputatum, teste Barbosa, d. parte 2. alleg. 39. num. 13. Nihil desinente dicto Barbosa l'b. 1. Jur. Eccles. univ. c p. 11. num. 207. sed ad decisionem Congregationis Sacrae Cardinalium provocante. Quam, donec viderimus, & nostram suspendimus sententiam.

Explicata potestate Episcopi ex *Ordinaria Jurisdictionis Lege* de 14 scendente, consequens est, ut, antequam ad *Jurisdictionem ejus Delegatam* veniamus, explicemus *Potestatem ejusdem ex Lege Diocesana* pendenter.

Sunt enim Leges duæ, quibus Ecclesiæ subsunt Episcopis. Nempe *Diocesana & Jurisdictionis*: c. *dilectus*. 18. & ibi *Gloss. fin. c. conquerente*. 16. §. *nos autem de offic. Ordin.* In quibus doctrina dari non potest certa, nisi per exempla. *Innoc. in c. 1. num. 1. de statu monach. Anch. in d. c. dilectus. vers. 2. quero.*

Pertinent ergo ad *Legem Diocesanam*; Ad Synodum convocationis: *can. final. dist. 18. c. sicut de acutaf. Innoc. in c. grave. de praebend.* num. 1. & 2. *Synodatice solutio*; *d. c. conquerente*. & ibi *Gloss. in verb. duos solidos. & Canonist.* Mortuorum sepultura; *can. placuit. 1. & 2. eau. 16. qu. 1. can. 10. qu. 1. in summ. & ibi Gloss.* Funeralium quarta; *Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 13. Decimatio*; *d. c. conquerente*. & ibi *Gloss. in verb. decimationem. Abb. c. de quarta. de prescript. c. cum olim de censib. Gregor. XV. decis. 519. Legatorum quarta: c. requisisti. de testam. de conquerente.* & ibi *Gloss. in verb. mortuariorum. Rot. univers. decis. 732. num. 4. part. 1.* Duorum solidorum cathedralicuum annum; *c. quam sit. vers. fin. 18. qu. 1. Gloss. in d. c. conquerente. verb. duos solidos. can. inter ea. 10. qu. 3.* Missarum publicarum ubique, etiam in monasteriis religiosorum, sed ad rogatum Abbatum, celebratio; *c. Abbas can. lumino* 6. 18. qu. 2. Evangelii prædicatio; *Concil. Trident. sess. 3. de reformat. cap. 2. & sess. 24. de reform. cap. 4.* Subsidii ex rationabili causa moderati petitio: *c. cum Apostolus. §. prohibemus. decensib. d. c. conquerente. in fin. Franc. Marc. qu. 471. & 1623. part. 1.* Ad præstantandum

Corvinus

De Personis

Beneſi Ecclesiastici

G. IV.

32

dum compulsio; Ancharan. in d. c. cum Apostolus. num. 10. & 11. Mo-
nachorum pro Ecclesiae negotiis, c. adjicimus. circa fin. 16. qu. 1. c. qui
verè. §. eos in fine. 16. qu. 1. etiam Abbate invito, c. cum Pastoris. & ibi
Gloss. pen. 2. qu. 7. & Clericorum missio; c. de exter. de Cler. non resident.
& ibi Gloss. 1. c. 2. de major. & obed. c. quia frater. 6. qu. 1. & ibi Gloss. in
verbo obedientiam. Cum Pontificalibus, sed non in itinere, Vital. in
Clem. fin. num. 5. 8. de privileg. Zabar. ibid. num. 9. populi solemnis be-
nedictio: Clem. fin. de privileg. c. abbates. & ibi Gloss. in verbo solemnem
eod. in 6. Vital. ibid. Oblationum (sub onere tamen Ecclesiarum re-
parationis; can. 1. & 2. & can. unio. 10. qu. 3.) tertie aut quartae ex-
actio; c. de his. & ibi Gloss. mag. can. antiquos. 10. qu. 1. can. vobis. 12.
qu. 2. Hospitium; Gloss. fin. in d. cum. dilectus. d. can. quam sit. can. ser-
vitium. ibi. crebra receptiones. 18. qu. 2. Litania aliave cum vocatis Cle-
ricis secularibus, processio: can. quando. dicitur. 3. 8. c. cum inter. de re judic.
Ad quam, ex Concilio Tridentino, tenentur comparere omnes,
tam Clerici Seculares, quam Regulares; tam Monachi, Exempti,
quam alii, si quidem sint vocati; monachis tamen in clausura strictione
viventibus exceptis. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 1. 3.

15. *Jurisdictio temporalis*, quam in sua habet Episcopus Civitate, de-
neutra est Lege: quia non habet eam de communi jure, sed ex acci-
dente. Cald. conf. fin. de offic. ordin. Honor. ab Axel. in Sum. Decretal. ad
dict. tit. num. 8. cum seqq.

16. Favore religionis à Lege Diocesana sunt exempta monasteria,
can. 1. caus. 10. qu. 1. can. inter caus. 10. qu. 3. can. cum pro utilitate. 16.
qu. 1. eulogii, can. Eleutherius. circa fin. 18. qu. 2. legatorum, mona-
stis seu capillis relictorum quartis, c. requisivisi: vers. secus. de testam.
Synodis, si subsint caussæ rationabiles, d. can. Abbates. 18. qu. 2. & ibi
Gloss. verb. vocationem, can. fin. d. caus. & qu. exceptis.

17. Lex itaque Jurisdictionis & Lex Diocesana differunt, & res judi-
cata in una, non obstat in alia. d. c. dilectus filius. & ibi Gloss. fin. in fin. &
Canon. De Lege Diocesana videndus Renat. Choppinus. de Sacra Politis
lib. cap. 7.

TITU

TITULUS XIIIX.

De Potestate Episcopi Delegata.

SUMMARIA.

1. Episcopi quatenus 3. An Papa facit Episcopum suum Delegatum mandando, ut corrigat suos subditos.
 2. In quibus casibus.

EGimus titulo præcedenti de Episcopi Jurisdictione Ordinaria, agendum hōc de Delegata.

Gaudent cā, tanquam Sedis Apostolicae Delegari, in casibus ad quos se Jurisdictio Ordinaria non extendit, (ut in exemplis) vel aliter est arctata. c. irrefragabili. §. caterum. de offic. ordin. c. ad abolendum. in fine. de heret. Concil. Trident. sciss. de reformat. cap. 2.

Casus tales numerabimus cum Barboſa lib. I. jur. Eccles. univ. cap. 2. II. §. 8. & Leone in theſauro Fori Ecclesiast. part. 2. cap. 2. Streinioin ſum. Jur. Canon. part. I. tit. 7. de Episcop. §. 7. de potest. Jurisdict. class. 7. speciales. 1. Supplent in multis Abbatum exemptorum negligentiam: ut in c. quantō. de offic. Ordin. Clem. un. de ſupplend. neglig. Prelat. Concil. Trident. d. ſeff. cap. 1. Leo in theſauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 59. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. I. num. 5. 2. Procedunt contra Prædicatorem exemptum docentem hæresin. Concil. Trid. d. ſeff. 5. dereform. cap. 2. Fr. Emanuel. quæſ. regul. tom. I. qu. 8. art. 7. 3. Ecclesiis residentiam requirentibus, Beneficiatosque quominus rideant legitime dispensatoſhabentibus, de Vicariis, fructuum portione congruā assignatā, provident: Concil. Trid. ſeff. 6. dereformat. cap. 2. Leo in Thes. Fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 62. 4. Exemptarum Ecclesiast. Capitula & Canonicos cum necesse visitant & corrigit: Concil. Trident. ſeff. 6. cap. 4. Leo d. cap. 2. num. 64. 5. De publici criminis ab-

Aa

folu-

Corvinus

De Personis
Beneficiis Ecclesiast.

G IV

32

solutione; poenitē remissione; c. ex parte de offic. Ordin. c. si quando. de
rescript. Concil. Trident. sess. 1. 3. de reform. cap. 5. dispensationibus ob-
tentis; d. Concil. sess. 22. de reformat. cap. 5. & 6. constitutionibus vel
Constitutis ab Apostolica Sede approbatis, de faciendis pro colla-
tione, vel missione in possessionem de canoniciatu vel similiu; d.
Concil. sess. 24. de reform. cap. 14. Leo d. part. 2. cap. 2. num. 49. utrum
sub- & obreptici, aut præter Sedis Apostolica intentionem fuerint im-
petratae, cognoscunt; Leo d. loco. Barbo. lib. 1. iur. Eccles. aniv. cap. 11.
num. 216. 6. Clericos à jurisdictione sua exemptos, etiam extra vi-
sitationem, corrigunt; Concil. sess. 14. de reform. cap. 4. & sacra congre-
gatio Concil. super cap. 14. sess. 7. in decr. sub tit. Cremonensi. Leo d. loco.
num. 63. 7. In Ecclesiis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidie-
næ, vel itatenues, ut negligantur, tertiam fructum, ac quorū in cuncte
proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam canoniciatu-
m, per sonatum, & officiorum, partem separant, & in distributiones
quotidianas convertunt. Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 3. Leo
d. loco. num. 67. Barbo. d. loco. num. 219. 8. Illiteratis & imperitis,
honestæ tamen virtue, Parochialium Rectoribus Coadjutores aut Vice-
rios ad tempus, assignata pro sufficienti vietu fructuum parte, deputant.
Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 6. Leo d. loco. num. 71. Barbo. d.
loc. num. 220. 9. Monasteria, beneficia commendata, etiam exem-
pta, si non vigeat in iis regularis observantia, singulis annis visitantur.
Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 8. in princ. & fin. & licet in iis ei-
vigeat, si eorum Superiores admoniti intra mentes sex non visitaverint
aut correxerint. Concil. Trident. d. sess. & cap. 7. & sess. 8. de reform. cap.
20. & sess. 25. de regul. & monach. cap. 20. can. decernimus. 10. qu. 1.
10. Seculares in Ecclesiis, quæ nullius Dioecesis esse dicuntur, vic-
niores Episcopi visitandi, emendandi, corrigendi, sumendi auctorite-
tem habent. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 9. & decr. Sacr. Con-
greg. super d. cap. 9. sub tit. Sarasinaten. Marsican. Leo d. loco. num. 74.
11. Quæ in Missarum celebratione, vel servanda, vel viranda, ordi-
nant, vel prohibent; d. Concil. Trident. in decreto de obser. & evit. ince-
lebrat. sess. 22. cap. sicut non alii. cum seq. can. hic ergo. can. nullus presbyte-
rius. Clericos. de consecr. dist. 1. can. manus. 1. qu. 1. Leo d. loco. num. 74.
Barbo.

Barbos. d. loco. num. 223. 12. Ecclesiasticorum Judicium Notarios, etiam Apostolica, Imperialia aut Regia auctoritate creatos, examinant, inidoneis repertis, aut ad tempus, aut perpetuo, appellatione remotâ, exercitio officii interdicunt: *Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 10.* *Leo d. loco. num. 76.* *Salgad. de protect. Regia. tom. 1. part. 3. cap. 8. num. 2. cum seqq.* 13. Qua ad visitationem, & subditorum suorum monrum correctionem spectant, ordinant, moderantur, nulla appellatio ne, etiam ad Sedem Apostolicam, obstante, *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 10.* exequuntur, *Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 1.* si quidem procedant sine processu, & sine scriptis; *Congreg. sup. sess. 24. cap. 10. sub tit. Nicotren. in vers. quando agitur.* fin cum processu formato; permittitur appellatio à sententia definitiva: *d. Congreg. sup. d. c. 1. in decis. sub titulo Sarrien.* *Leo d. loco. num. 77.* 14. Contra Protonotarios Apostolicos, Comites Palatinos, aliosque privilegiatos procedunt: *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 11. sess. 6. cap. 3. sess. 14. cap. 4. c. cum Capella. de privileg. c. divina. Ext. cod. Leo d. loco. num. 78.* 15. Monialium exemptarum clausuram monasteriorum visitant; *c. un. in fin. de statu regul. in 6. Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 5. Cochier. de iurisdict. Ordin. in exempt. part. 4. q. 33.* violatam restituunt; inviolatam conservant; inobedientes poenis Ecclesiasticis compescunt; *Concil. Trident. d. loco. d. c. un. Leo d. loco. num. 80. Barbos. d. loco. num. 226.* 16. Monasteria Sedi Apostolicae immediate subjecta, si quolibet triennio se in congregationem non redigant, ibique ad formam *cap. in singulis. de statu monach.* certas personas non deputent, sibi subjiciunt; *Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 8. ratio in c. exist. de verbor. signif. in 6. Clement. 1. cod. Leo d. loco. num. 81.* 17. De patronatibus quorumcunque beneficiorum & dignitatum minus legitimè constitutis & acquisitis, cognoscunt: *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. Barbos. d. loco. num. 227.* 18. Piæ dispositiones, ut sortiantur exitum, curant. *Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 8.*

Quod si *Delegatus Summi Pontificis* fuerit negligens, negligentiam eam supplent quidem Episcopi, sed ordinaria, non delegata, auctoritate. *c. significavit. de offic. Ordin.*

Pontifex mandans Episcopo, ut suos corrigat subditos, non censemtur

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

tur cum Sedes Apostolicae facere Delegatum: c. licet in. & c. grave gerimus. de offic. Ordin. Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 16. num. 57. Nec censetur jurisdictionem Episcopo concedere in exemptos, nisi hoc exprimat. Clem. fin. de privileg. Nisi commissioni addita fuerit clausula; Authoritate nostra, vel tanquam Delegatus a nobis: aut similiter; c. cum aliquibus. vers. nisi. de rescript. in 6. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 12. Molin. de Iust. tom. 6. tract. 5. disput. 14. num. 15. vers. quando vero. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 92. num. 8.

TITULUS XIX.

De Archidiaconis.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| 1. Continuatio. | pi & quatenus. |
| 2. Archidiaconi qui & | II. Quas debet habent
unde dicti. qualitates. |
| 3. Eorum dignitas & mu- | 12. In quibus consistit ejus
nus. (rum. Officium. |
| 4. Antiquitas Diacono- | 13. Jurisdictio. |
| 5. Numerus & munus | 14. An eam habeat in ar-
olim. |
| 6. Postea auctor. | 15. An in iis oneratur pro-
bandi necessitate. |
| 7. Qui praerat, dictus Ar- | 16. De quibus teneatur. |
| chidiaconus. | 17. Quae ipsi interdicta. |
| 8. Magna hujus potestas. | 18. Quid circa ipsius di-
gnitatem obtinuerit
olim, & quid hodie. |
| 9. Postea propter superbi-
am enervata. | |
| 10. Mansit omnis Episco- | |

Quis

Alia, ut intelleximus, gravis & lata est Pastoralis Officii curia, ideò nonnulli, vel in Ecclesia, sunt constituti, ut *Archidiaconus*, *Archipresbyter*; vel extra ordinem, necessitate id expostulante, constituuntur; ut *Coadjutor*, *Vicarius*; qui Episcopi onus ferant, & ejus levēt sollicitudinem.

Archidiaconus quasi ministrorum Princeps dictus; *can. i. dist. 21.* 2
(*ἀρχιδιάκων* enim *Princeps*, *διάκων* minister seu famulus Græcè dicitur) principalem habet dignitatem post Episcopum, c. i. hoc tit. *Gloss. verb. electionis. in c. pen. de offic. leg. in 6.* & est quasi Diaconorum Princeps. Imperat etim Subdiaconis & Levitis: *can. i. dist. 25.* & ideò Diaconorum dicitur Prior; Primicerius, Oculus Episcopi; teste *Isidoro Pelusio* lib. 14. *Epistol. 188.* Archilevita; *Goffrid. Vindecin. Epistol. 2. 17.* ut Diaconus Levita: *Prudent. περὶ πατριῶν hymno 3. de S. Laurentio.* Synodus Arvernica Urbani 2. *can. 5.* dicit: *Ut nullus fiat Decanus in Ecclesiā nisi Presbyter; nullus Archidiaconus, nisi Levita,* id est, nisi sit Diaconus.

Datur *Archidiacono* prima post Episcopum ante Presbyteros sedes. *can. i. 7. Synodi Laodicensis*, & est Episcopi *Coepiscopus*, *Coadjutor*, & quasi quodammodo *Coepiscopus*. Unde & *Episcopi Vicarius* dicitur: *Ordo Romanus*; *Archidiaconus, id est, Vicarius Episcopi. c. i. c. ad hoc 7.* hoc tit. Imò, ut dixi, & Episcopi Oculus. teste *Isidoro. in d. epist. 188.* *Clement. const. lib. 2. cap. 44. Fulbert. Episcopo Carnotensi. in epist. 34.*

Primus Diaconorum fuit S. Stephanus: cuius erat officium assistens di B. Jacobo Apostolo, sic ut Timothei Lino & Cleto, Anacleti & Clementis Petro: *in epist. B. Ignatii ad Trallianos*, & Laurentii Sixto II. *Anastas. Bibliothecar. in vita Sixti.* Quod ita in initio nascentis Ecclesie factum fuisse probat sextum caput Actorum: & confirmat D. Cyprianus epist. 64. dicens: *Diakonos post ascensum Domini Apostoli sibi constituerunt, sui & Ecclesia ministros.*

Fuere Romæ, sedente Papa Euaristo, numero *septem*; septem Presbyteris per *septem titulos*, sive Ecclesias; sedente Papa Fabiano, per *septem regiones*, Diaconias inde dictas, ministrantes. Appellabantur; inde *Regionarii*; postea *Cardinales* dicti. *Cron. in parat. Decret. ad hunc tit.*

Coryinus

De Personis
Beneficis Ecclesiasticis

G. IV.

32

Alendorum pauperum, legendi Evangelium, ministrandi altari, prædicandi, curam habebant; teste Gregorio epist. 44. lib. 4. consequenter omnibus Ecclesiæ negotiis erant præpositi.

6 Qui numerus, cum tanto oneri superesse non posset, Romæ auctus, & constituti quatuordecim, & officium eorum divisum. Nempe, alii custodiebant Episcopum prædicantem, Testimoniales vocabantur: alii Pontifici in Palatio & Lateranensi Basilica celebranti aderant; Palatini sive Basiliari dicebantur: alii intererant Stationibus & Litaniis, vel precibus publicis; Stationariorū nominabantur: alii pauperum & viduarum providebant necessitatibus, totiusque cleri victum, ex fideliū oblationibus, & Ecclesiæ redditibus, à Subdiaconis collectis, procurabant; ut refert Cardin. Baronius ex per antiquo codice Vaticano ad annum 1075. cap. 19. & Onuphrinus.

7 Eorum omnium antiquior dictus fuit Archidiaconus. Nomen primis seculis usque ad Concilium Nicænum can. 58. ferè inauditum; postea à D. D. Hieronymo, Ambroso, Gregorio, Leone, usurpatum.

8 Sub ejus potestate erant Diaconi, & reliqui minores Ordines, quippe Presbyteris sacrificio altaris intentis, orationis officium universum, & quæcunque pertinebant ad Ecclesiam, disponebat; nè aliena provinciam hanc usurparent Laici & Seculares Magistratus: ut est in can. 57. d. Sinodi Nicæna.

Unde Archidiaconi omnium rerum & causarum Ecclesiæ Persecutores, Examinatores quasi ~~admodum~~, & Circumscriptores erant. can. 57. Synod. Laodicena. & can. 14. Synod. Neocaesariensis. omnium denique negotiorum Promotores. vide can. perfectis. dist. 2. 5. c. 1. hoc tit.

9 Unde, in superbiam elati, non solum aliquandò Presbyteris, can. legimus. can. diaconos. can. pervenit. can. nonnulli. dist. 33. sed & Episcopis præferri voluerunt, eosque ita contempserunt, ut nec obedirent Ipsi, altaria erigerent sibi, colligerent privatum populum & regerent; can. 77. Concilii Eliberitan. can. 5. Synod. Antiochenæ. & d. can. Diaconos. iura denique Episcopalia, Synodaticum, Cathedratricum, auxilia, hospitia, procurations, & conuentudines alias perciperent; Petr. Blejens. epist. 151. Ecclesia bona omnia & redditus, dispensarent; teste Ivone Carnot. epist. 113. quod plus est, Jussionem Episcopi ordinariam sper-

spērantes, jus dicerent. teste D. Ambrosio, in cap. 18. *Apocalypsi*, sic loquente; *Ego & aliud scelus valde pessimum, quod ab iis, qui Archidiaconi vocantur, committitur;* nam ab adulteris Presbyteris premium accipiunt, & tacendo malum consentiunt, quod per auctoritatem, quam ab Episcopis acceperunt, emendare possent. vid. *Cironium in parat. ad hunc tit.* & *Solidius hoc de re differunt. Mororium de Sacris Eccles. Odonat. part. 3.* *exercit. 16. cap. 3.*

Hinc potentiam Eorum, evestam altius quam fuerat par, frenare postea non nisi difficile potuerunt Episcopi; Prindeque eam fuisse dubiam & incertam, de eaque dubitate profiteatur Papa Innocentius III. Juriconsultus perfectus; nec eam haurit aliunde, quam ex Romano Ordine. in cap. 1. hoc tit. & ex Isodori epist. in d. can. perfectis. ut ingenuo responderet ad c. ad b.c. b. t. hisce verbis; *Consuluit tua fraternitas, quid ad officium Archidiaconi pertineat, nos, prout possumus, respondemus.*

Docet itaque, his potissimum testimonii fratribus, *Archidiaconum esse Episcopi & Oculum & Vicarium, cui omnis incumbat Ecclesiæ solicitude, in Ecclesiis institutis Clericos, visitet, suspendat, excommunicet, judicet, absolvat, & solo sit minor Episcopo;* imo secundus sit Episcopus, ad quem totus deveniat labor, apud Episcopum tantum manentibus insignibus. ut ait Sidonius epist. 11.

Non tamen *Archidiaconus* proprio jure oculus & vicarius natus est Episcopi; sed quatenus *Ei* permittitur ab Episcopo; quippe a primis Ecclesiæ cunabulis, nihil potuit, nisi ut minister; c. cum satis. 4. cum seq. hoc tit. Hodie verè quatenus consuetudo indulget. c. dudum de elect. Gloss. ad d. c. ad b.c. 7. hic c. 1. de eo qui fuit ord. susc. vel curam habet animarum. c. cum in cunctis de elect. Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. Ciron. ad hunc tit. in parat.

Debet *Archidiaconus*, qui curam animarum vel jurisdictionem habet, non alias, esse Doctor, vel Licentiat in Theologia, aut Jure Canonico: secund. Concil. Trident. d. sess. 24. de reform. cap. 12. Gonzalez. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 4. num. 68. Campan. de divers. Jur. Can. rubr. 7. cap. 6. n. 41. Garc. de benef. part. 7. cap. 7. n. 36. Anastas. German. de indultis Cardinal. §. quibusvis. num. 4. Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap.

Corvinus

*De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G. IV.

32

cap. 5. Maurize in select. jur. Canon. lib. I. tit. 26. & annorum viginti quinque: Concil. Trident. d. cap. 12. vers. ad ceteras.

12 Exercet Officium & Jurisdictionem. Officium, de jure quidem communi, præcipue circa Clerum: Nam, Episcopo impedito, sed consentiente, terminumque & comitatum, præscribente, Piasc. in præxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 62. propriam parochiam singulis annis, non sæpius, nisi urgens sit causa, c. mandamus. hoc tit. totam dioecesin tertio quoquo anno, d. c. I. d. c. ad hoc. 7. assumpto Notario, perse, visitat: Concil. Trident. d. sess. 24. de reformat. cap. 3. Felician. Comen. in man. visit. lib. I. tit. 3. vers. Archidiaconi. Fusc. de visitat. lib. I. cap. 2. num. 14. Flores de Mena. variar. lib. 3. quest. 24. num. 23. & nihilominus distributions quotidianas retinet: Azor. insit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 10. Monet. de distribut. quotid. part. 2. quest. II. num. 93. Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 333. cum seqq. Cened. pract. & canon. quest. lib. I. qu. I. num. 36. siquidem visitaverit Ecclesiam propriam; non si fuerit diceceseos aliam; Monet. d. qu. II. num. 63. Cened. d. qu. I. num. 63. & 74. Garc. d. cap. 2. num. 332. Sanctarel. variar. quest. II. num. 10. ratio-
ne visitationis procurations; c. cum Apostolus. 6. c. procurations. 23. de censib. c. auditio. 15. de prescriptione, sed intra Concilii Tridentini modum, d. sess. 24. de reformat. cap. 3. exigit: Maurize in select. jur. Canon. lib. I. tit. 26. Episcopo ministrat: S. Rit. Congr. in una Pisaurien. 10. Junii 1600. ei solemniter celebraturo & volenti. Sanctum Evangelium legit qui illud & epistolam cantaturi, antea probatos, designat; d. can. perle-
ctio. dispt. 25. c. 2. hic. Azor. Insit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 14. qu. 2. ver. deinde. Galganet de jure publico. lib. 3. tit. 21. num. 5. Lectoribus & Cantoribus divini Officii lectiones & responsoria assignat: minoria of-
ficia gerentes ordinat: omniaque ad officiorum divinorum celebra-
tionem pertinientia disponit; Gloss. & Dd. in d. c. 2. Sebas. Caesar. de Ec-
cles. Hierarchia. part. 2. disput. 12. §. I. num. 7. S. Congregat. Cardinal. in
una Theatina. sub die 18. Aprilis 1617. vasa divinis Ecclesiae utibus dice-
ta sedulò custodit; c. ea qua. 3. hic. Azor. d. cap. 14. qu. 2. §. deinde. ver.
eundem pertinet. Honor. ab Axel in par. Decret. ad h. t. num. 4. (nam in
deperditis presumitur esse in culpa: Anch. in d. c. eaqua. in 4. not. c
ibi Panorm. & Butrio. Honor. ab Axel. d. num. 4.) Clericos & Ordine pro-

promovendos examinat; probatos Episcopo ordinandos offert; c. ad hec. c. ut nostrum. hic. c. un. de scrutin. in ordin. faciend. Quaranta in sum. Bullarii verb. Ordo. vers. subsequenter. Castald. in praxi ceremon. lib. 1. sect. 8. cap. 7. num. 3. Honor. ab Axel. d. loco num. 8. Vallenf. in parat. Decret. ad h. t. num. 3. In ipsa ordinatione, atque in chrisimatis consecratione, acibusque similibus Episcopo ministrat: c. Acolytus. c. Ostiarius. dist. 23. Ut Primicerius, Sacrista, Custos, munus injunctum exequuntur, curat: d. can. perfectis. dist. 25. c. ea que contra. h. t. Abbates & Abbatissas in sua Sede collocat: c. ut nostrum. cod. Petr. Gregor. synagm. jur. univ. lib. 15. cap. 20. num. 6. Zœf. in comment. ad Decret. ad h. t. num. 3. Vallenf. d. loco & num.

Jurisdictionem autem exercet Archidiaconus in multis, sed inferio- 13 rem; c. ad hec de offic. Ordin. Fabric. in praxi benefic. de benef. cum dignitate. num. 23. in fine. Nam de jure communii antiquiori, de quo in d. can. perfectis. vers. Archidiaconus. dist. 25. & in d. c. ad hec. Clericorum lites & iuraria, sed modica; Galganet. de jure publico. lib. 3. tit. 21. num. 6. vers. iuraria. Zœf. d. loco. num. fin. Ungepaar. in comm. ad d. t. num. 9. Vallenf. d. loco. num. 3. audit: majora Episcopo refert: d. c. ad hec. d. can. perfectis. vers. sollicitudo quoq. Dd. Auctores dd. loc. Sylvester in Summa verb. Archidiaconus. num. 2. auctoritate Episcopi punit, beneficiis privat, c. licet. 3. de paenit. c. referente. de præbend. censuras, sed ex speciali consuetudine, non nomine proprio, Zech. de Republ. Christiana. tit. 24. num. 13. vers. ad Archidiaconum quoq. Suar. de censur. disp. 2. sect. 2. num. 9. Fabric. d. tit. num. 24. imponit: c. Archidiaconis. b. t. Galganet. d. tit. 21. num. 6. institutos ab Episcopo in corporalem possessionem mittit: d. c. ad hec 7. c. ut nostrum. 9. Abbas ad c. cum satis. 4. num. 1. hic Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 10. num. 6. Covar. lib. 3. variar. cap. 18. num. 7. vers. tertio. Nec obstat c. licet Episcopus. de præbend. in 6. Loquitur enim de decreto Episcop.

Nec tamen habet Jurisdictionem ordinariam in omnibus; sed tantum in iis, quæ à Jure vel consuetudine Ei sine speciali mandato Episcopi competunt exsequenda. c. fin. hoc tit.

De Jure Communi competit Illi visitatio & correctio; sed in modis

dicis tantum caussis. Ardua negotia non sine speciali mandato tractabit. d.c. ad hac.

14 In criminalibus enim & civilibus arduis, nihil jure communi & ordinaria auctoritate potest. *Barbosa jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 24. num. 33. referens Roman. conf. 371.* In proposita num. 4. & ibi *Tuscb. lit. A. conclus. 482. num. 9. Strein. in Sum. Jur. Canon. part. I. tit. 5. de dignit. §. 1. d. Archidiacono. num. 3.* nec, Sede vacante, (omnino repleta, c. 1. c. ad hac. hic. *Gloss. in can. Pontifices. 7. qu. 1. Card. Tuscb. tom. 1. lit. A. concl. 482. num. 4. Sbroz. de offic. vicarii lib. 1. qu. 2. num. 15. qu. 36. num. 10.) jurisdictionem exercet: nec infra illos dies octo, quibus à Capitulo, Sede vacante, vicarii est facienda electio; *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16. Quarant. in sum. Bullarii. verb. Sede vacante. §. duodecim⁹ quarto. vers. 1. Ricci. in praxi rerum fori Ecclesiast. post resolut. 505. in notab. de materia Vicarii. à Capitulo Sede vacante ver. 1.* Quanquam vicarii officium obire Archidiaconum, cum agitur à Capitulo de Vicarii electione, censet Abbas cum quibusdam aliis. *Vallen. d. loco. Navar. cap. 22. num. 39. Zerola in praxi Episcop. part. I. verb. Archidiaconus. Strein. d. loco.**

15 In supra dictis qua Officii ratione exercet Archidiaconus, fundat intentionem suam, nec probatione oneratur: *Panorm. ad d. c. ad hac. num. 1. in fine.* & per exercitium alicuius ex dictis actibus probat se in Archidiaconatus esse possessione. *Panorm. in d. c. ut nostrum. num. 2.* In aliis necesse, ut probet consuetudinem vel statuta. c. fin. hic. & ibi *Gloss. verb. pacifica. c. audum. el. 2. §. sed tam. de elect.* & ibi *Gloss. Honor. ab Arch. d. loco. num. 8.*

16 Tencetur Archidiaconus de dolo, culpa lata, leví, levissima, id est, negligentia. c. ea qua. & ibi *Gloss. in verb. negligentia. b.t.* & ibi *Panorm. & Canonista can. dictum. dist. 81.* & ibi *Gloss. 1. can. si qui Episcopi. §. tem. cum honoris. 1. quas. 1. fac. l. si quos. 3. C. de offic. Prefect. Orient. in aliquibus, ut dictum, jurisdictionem habet ordinariam; d. can. perfectis. §. Archidiaconus. & ibi *Gloss. in verbo iurgia. d. c. ad hac.* & ibi *Gloss. in verb. iurgia.* & utrobiq. *Canonista.* quam inducit, secund. Dd. vicaria perpetua fac. l. 1. C. de offic. ejus qui vic. alicuius judic. vel Presid. obtinet. proprie-
caue ab Ipsi, Officialique *Eius*, appellatur ad Episcopum. d. c. rest-
rent.*

rente. & ibi Gloss. in verb. appellavit. & Hostiens. de præbend. c. Romana.
§. 1. de appellat. in 6. Honor. ab Axel. d. loco. num. 9.

Non tamen potest vi muneric sui, promovendis ad ordines lite-¹⁷
ras commendatitias dare; c. significasti 8. hic. Concil. Trident. sess. 23. de
reform. cap. 1. 1. non de jure communi, (omnino ex consuetudine, c.
cum ad Ecclesiarum. 3. ibid. Gloss. & Abbas de offic. Ordinar.) excommin-
icare: c. Archidiacono. 5. hic. nullam in monasteria intra terminos su-
os constituta jurisdictionem, nisi ex consuetudine, exercere: c. ult. cod.
causas matrimoniales, criminales, Concilio Trident. sess. 24. de reformat.
cap. 40. & concubinatus, d. Concil. sess. 25. de reformat. cap. 14. hodie
non cognoscere: Vallenf. d. loco circa fin. animarum curam alteri, nisi ex
mandato Episcopi, aut vi præscriptionis, vel consuetudinis, Barbof. de
offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 72. num. 185. committere d. cap. cum
satis 4. & can. nullus. 11. caus. 16. qu. 7. poenam spiritualem aut corpo-
ralem in pecuniarium mutare: c. licei de pænis. & ibi Gloss. pen. & Ca-
non. Ecclesiæ unire aut dividere: Innoc. ad d.c. ad hoc. num. 1. hic. Honor.
ab Axe¹. d. loco Vallenf. d. loc. Strein. d. loc. Sylvester. d. loco. a num. 3. Avi-
lade censur. par. 2. cap. 3. diff. 1. dub. 1.

Quamvis jure communi, ut diximus, & volum vulgo Canonista, ¹⁸
Archidiaconi dignitas post Episcopum sit prima præcedatque Archipre-
sbyterum, ita ut ille Jurisdictione ejus subjaceat: per d.c. 1.c. ad hoc. b.t.c. 1.
de offic. Archipresbyt. & colligitur ex titulorum de utriusq. officio ordine in
Decretal. Gratian. disput. Forens. cap. IIII. num. 80. Azor. d. part. 2. lib.
3. cap. 15. qu. 2. & 3. Cardin. Tusch. dictalit. A. conclus. 482. ex num. II.
Petr. Gregor. in syntagm. Jur. univ. d. lib. I 5. cap. 21. num. 14. Beltramin.
in annotat. ad Gregor. XV. decis. 411. num. 5. Putate in administratione;
cum in divinis Archipresbyter præcedat. Archidiaconum Gloss. verb. subef-
fe. ver. sed duas. inc. 1. de off. Archipresb. Boer. dd. auctorit. magni Concilii.
num. 75. Theodore. de Rubeis in singul. Rotæ tom. 2. part. 4. tit. de præcedent.
Protonotar. vide Barbof. d. lib. I. jur. Eccles. univ. cap. 24. num. 41. (ut di-
cimus) consuetudo tamen, (ut potest, Card. Tusch. id. lit. A. concl.
484. num. 22. & exemplum ponit Alexand. conf. 142. viij. processu. lib. 6.)
in multis locis invexit contrarium, ita ut alicubi obtineat locum tertium
alibi, ut Morino de Sacr. Ordin. part. 3. exerc. 16. cap. 3. num. 25.
& Ro-

Corvinus

De Personis

Bonorum Ecclesiasticorum

G IV.

32

& Romæ, teste Maurize in select. jur. Canon. d. loc. in Germania tota, tñf Streinio, d. loco male informato, sed in multis Ecclesiis, nè nomen, quidem extet; alibi, ut in Hispania, testant. Zerola in praxi Episc. part. I. verb. Archidiaconus. Zech. de Republ. Eccles. tit. 24. a num. 18. alleg. Barbos d. lib. cap. & num. 8. & Gallia, teste Brodean sur Louer. lit. D. 62. alleg. Maurize d. loco. ejus potestas sit enervata; sed loco Illius præst Vicarius Generalis; qui, nullo impedimento existente, omnia Archidiacono tribui solita, exequitur. Strein. d. loco post Dd. per ipsum allegat. De quo in sequentibus. Itaque de Archidiaconi jurisdictione dicendum, consuetudinem Regionum esse sequendam. Marinus d. loco. num. 6. Streinius d. loco, aliq. Zypaus in Enarrat. jur. Pontif. Novi, ad h. t. in fin.

TITULUS XX. De Archipresbyteris.

S U M M A R I A.

1. Archipresbyteri Ety- vicarius natus.
2. mologia & antiquitas.
3. Quare institutus in Ec- 8. Consideranda hic con-
- clesia. suetudo.
4. Quod munus olim. 9. Ripalis quodnam offici-
5. Quod, jure recentiore. 10. An uterq; habeat ju-
6. Quotuplices. risdictionem forensem.
7. Urbani officium de Jure 11. Quales esse debeant.
- Communi. 12. Quis eos eligat.
8. Cur appelletur Urbanus 13. Tis sigilli an habeat.

I **A** Archipresbyter, ἀρχιπετεῖτες, Sozomeno, lib. 8. cap. 1^o. πρῶτοι πρεσβύτεροι, Justiniano in Novel. 123. cap. 3. vel πρωταρχίτεροι, Socrati, lib. 6. cap. 9. Primus Presbyter, Photio,

Photio, primas tenens post Episcopum: quod in his quæ ad divinum spectant officium, Episcopi agat vicem; c. 3. hoc tit.

Hujus prima mentio fit in Concilio Carthaginensi IV. ita tamen ut institutio Ejus videatur longè antiquior. Sic Patres *can. 17.* loquuntur: *Episcopus gubernationem viduarum & pupillorum, ac Peregrinorum, non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat.*

Ejus instituendi occasio hinc videtur orta. Nascente in aliqua 2 urbe Ecclesia, ei regendæ sufficiebat Presbyter unus cum Diacono uno: veram plebe multiplicata pluribus opus fuit Presbyteris, & tanto pluribus, quanto magis plebis crescet multitudo. Necesse igitur fuit, ut in amplis urbibus, Christianam religionem amplectentibus, multos crearentur Presbyteri, eorumque consequenter aliquis obtineret Principem locum. Isque, ut videtur Morino de sacris ordinatione, parte 3. exercit. 15. cap. 2. ex quo hac aliaq. hujus tituli, erat in ordinatione Presbyteral primus. Hinc apud Authores antiquos non leguntur Archipresbyteri, ut nec Archiepiscopi. Imò prohibuerunt Episcopi Africani, nè quis apud Eos Princeps dicere tur Episcoporum, sed tantum Primas; & *can. Apostolico 33.* Metropolita seu Archiepiscopus primus tantum dicitur Episcopus: verba sunt: *Episcopos uniuscujusq. gentis esse oportet, eum qui in eis est primus, & existimare ut caput; & nihil facere, quod sit arduum aut magni momenti, prater illius sententiam.*

Postea, pullulante, & per agros & vicos radices, palmiteisque diffundente Ecclesiâ, opus fuit Archipresbyteris, qui & urbanorum & rusticorum Presbyterorum curam gererent. Nec enim sufficiebat, aliis honore & consesso aliquem præferri Presbyterum: sed necesse fuit unum præferri ceteris, & solicitudinem cum autoritate sublevare Episcopalem.

Multiplicatis enim per varias Dioecesis parœcias Presbyteris, difficile fuit solis Episcopis habere tot Presbyterorum & Parœciarum sollicitudinem. Coacti ergo, ceteris qui invigilaret, leviora queque corrigeret, & de difficilioribus referret ad Episcopum, præposuerunt unum. Sed quando & ubi fuerint primum Archipresbyteri instituti, incertum.

Corvinus

De Personis

Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

Nec tamen Presbyteri, multis Presbyteris præsidentes, omnes vocantur *Archipresbyteri*; sed tantum illi qui variis presbyteris in parœciis variis præponebantur. Qui enim in eadem parœcia multis præsum Presbyteris, non dicuntur *Archipresbyteri*; sed *Parœci*, sive *Parochi*, *Pastores*, *Rectores*, seu *Curiones*; Romæ & locis in aliis, dicebantur olim *Presbyteri Cardinales*. *S. Gregor. epist. lib. 3. indict. 12. epist. 14. lib. 2. indict. 11. epist. 13. 14. & Indict. 10. epist. 6. Zacharias Papa epif. 7. ad Regem Pipinum & Episcopos Francorum cap. 1. & 4. sic scribitur *De Presbyteris agrorum, quam obedientiam debeat exhibere Episcopis Presbyteris Cardinalibus*: Concil. Meldense can. 54. constituit; ut titulos Cardinales in Urbibus vel Suburbis constitutos Episcopis canonice & ordinant & disponant.*

Romæ *Archipresbyteri* sunt tres, tribus Patriarchalibus Ecclesiis, Basilicis scilicet Lateranensi, S. Petri in Vaticano, S. Mariae majoris attributi. Olim erant plures: ut docet *Morinus dicto loco*. Quemcunq; fulite.

3 Porro Archipresbyterorum *jurisdictio, munia, & officia*, alia sunt *antiquo jure*, alia *recentiore*. Solet enim, ut cuivis notum, *jurisdictio*, pro locorum & temporum varietate, esse varia, restringi, ampliari, aliquando extingui, præscriptione quoque augeri vel minui. Ad umbrabimur quodammodo ex canonibus antiquis, *cum Morino dicto loco*, *jurisdictionem* antiquam. Deinde cum Jure Canonico nostro locuturi de recentiori.

Ex antiquis canonibus colligi potest gaviosos suisse auctoritate facta magna per Dicecesin. Vocat enim Concilium Aquisgran. II. can. 4 *Archipresbyteros & Archidiaconos Ministros Episcoporum*: Ludovicus vero Imperatoris capitulare, extans p. 463. tom. 2. *Concil. Galliae*, eodem vocat can. 5. Episcopalis ministerii Adjutores. Quibus autem constat, sequentia explicant Concilia. Docet citatum Concilium Carthaginense, *Eos & curam & administrationem* geffis sic viduarum, pupillorum, peregrinorum. Concilium Epaun. can. 8. Dioceces in visitandi, & de bonis Ecclesie ipsius nomine disponendi largitur auctoritatem. Loquitur: *Archipresbyter dum dioceſintenet, de his qua emerit, aut Ecclesia nomine scripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, Ecclesia ordinatio*ne dif-

nediscedat. In Presbyteros, Diaconos, & Clericos inferiores jus dicebat, penitus eos coerebat; Turon. Concil. II. can. 20. sic loquitur: Illi vero Archipresbyteri, qui tales cautelam super Juniores suos habere noluerint, & non eos habuerint studio disfingendi, ab Episcopo suo in civitate retrudantur in cellam, ibiq. mensē integro panem cum aqua manducent, & pénitentiam pro fiduci credito Clero agant, &c. Juniores in dicto Concilio sunt Presbyteri: Laici enim Eos colere tenebantur plurimum: Si quid agebant contra, plebēbantur severè. Concil. Antioch. can. 44. dicit; Si quis in secularibus institutionem aut communionem Archipresbyteri sui contumacia faciente audire distulerit, tandem à liminibus Sanctæ Ecclesie habeatur extraneus, quamdiu tam salubrem institutionem adimplere distulerit. Insuper & multam, quam Rex precepto suo instituit, sustineat. Episcopi per Archipresbyteros Canonicos regebant; Regula Chrodogangi cap. 8. Walfridus Strabo cap. ultimo libri de reb. Ecclesiast. Secundum Concilium Nannerense, ex consuetudine antiqua, ordinandos Episcopo presentant: verba Concilii in can. 11. sunt hæc: Episcopus quando Ordinationem facere disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad Civitatem, una cum Archipresbyteris, qui eos presentare debent: vide can. quando Episcopus. dift. 24.

Hinc cum tanta Archipresbyteri esset auctoritas, Concilium Turonense prohibet Episcopo severè, ne eum ab officio deponat, sine omnibus suorum Comprebbyterorum & Abbatum consilio.

Recentiori Jure, in Corpore Juris Canonici relato, nonnulla alia munera Archipresbyteris tribuuntur, aut jam dicta evidentius enuntiantur.

Sed antequam ea enarreremus, sciendum, non tantum institutos suis olim Archipresbyteros in civitatibus, sed etiam in oppidis, & vicis majoribus: ut colligitur ex Concil. Ravennat. sub Joan. IX. secunde pars cap. 12. & refert. Ext. cod. loco c. singula. Et multis seculis ante Joannem IX. Concil. Turon. II. can. 20. Archipresbyteros Vicanos memorat. De quibus videtur loqui canon Si in plebis. dift. 63. Diu Rurales Archipresbyteri dicebantur, & dicuntur etiam Decani, ut testatur Innocentius III. in c. ad hac. de offic. Archidiac. & longè antea Eum do- cuerat

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

cuerat Concilium Agath. ut refertur in can. in capite quadragesima. 64
diss. 50. & à Burchardo lib. 19. cap. 26. & Ivone decreti parte 15. can. 45.
sed cō quod necessariō decem praeſte Clericis rura incolentibus, ut vult
c. adhuc. 7. de offic. Archidiac. debebat; vel quod, ut vult Barboſa lib. 1.
Jur. Ecclesiast. univ. cap. 25. num. 8. cum Petro Gregor. Syntagm. jur. univ.
lib. 15. cap. 21. num. 15. Sebāst. Cesar. de Ecclesiast. Hierarch. part. 3. diss.
12. §. 2. num. 9. Reginald. in praxi. lib. 30. tract. 3. num. 39. vers. 6. facta
translatione à denarii numeri perfectione Decanus appellari soleat
omnis ille, qui ordinis alicujus est primus & pricipiūs; sed cō quod an-
tiquitus Dioceſes per Decanias erant divisi, quibus praeerant Archi-
presbyteri. ut videre eſt in Capitularibus Caroli Calvi cap. 3. tom. 3. Ca-
cil. Gallie.

Archipresbyteri ergo sunt duplices: alii Urbani, Rurales seu Fa-
ranei alii.

Illi in urbibus degentes in Cathedrali vel collegiata Ecclesia offi-
cio suo funguntur.

Hi ruris, id est, extra civitatem Episcopalem, plebis ac Presbyte-
rorum, reliquorumque Clericorum sibi subjectorum, curam haben-
t, pen. & ult. hic.

Ministerium seu Officium Archipresbyteri Urbani est de jure com-
muni definitum.

Nemp̄; Primò; Ut ceteri Sacerdotes officia divina & Missas re-
tē celebrent, curare; ad illorum mores & honestatem vitæ attendere,
corriger; item illorum necessitatibus providere: c. perfectis. vers. Ad-
chipresbyter. diss. 25. c. 1. 2. 3. hoc tit. Reginald. in praxi. fori p̄niten-
lib. 30. tract. 3. cap. 3. num. 49. vers. sexta. Ferrus in tract. de preceden-
tibus. 6. num. 1. Missas inter Dignitates & Canonicos succesiūvē per os
dinem, id est, solemniores inter dignitates, & inter solemnes Canoni-
cos, eorum servatā prærogativā, ut honorentur omnes, distribuē-
Sacra Rituū Congregat. in una Tarentina Cyptaliarum 27. Febr. 1610.
Barboſa d. loco num. 10.

Eundem etiam Sacerdotibus Cardinalibus præſte, eorum min-
isterio & vitæ providere, ait Papa Leo inc. 2. hoc tit. Verum non lique-
quinam illi Cardinales Sacerdotes sint. Aliqui primarios inter Cathe-

drales interpretantur. *Maurize in select. jur. Canon. tit. 27.* *Strein. in sum. Jur. Canon. part. 1. tit. 5. de dignitat. §. 3.* Duarenus rejectis latè per Quintanad. *Ecclesiast. Jur. lib. 4. ex num. 42. traditis;* dicit, *tract. de Sacrament. Eccles. minist. lib. 1. cap. 8. & 13.* Pontificem loqui de Cathedralis Ecclesiæ Canonicis, qui rem divinam faciunt cum Episcopo, atque unum constituunt corpus.

Secundò Archipresbytero incumbit, Episcopo solemniter celebrantissimè, & tunc Sacerdotibus, ut se sacris induant vestibus, & quod modo ad Missam procedere debeant, precipere: *c. officium. 3. hoc tit. Azor. Instr. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 15. qu. 3.* absente vel infirmo Episcopo vice ejus Missarum solemmnia, divinaque officia celebrare. *d. c. perletius. c. 1. & 2. hoc tit. can. Pontifices. & ibi Gloss. 7. qu. 1.*

Tertio; Pœnitentium feria quarta Cinerum ab Ecclesia expulsum capitibus cineres imponere: feria quinta in Cœna Domini reconciliatos in Ecclesia ingressū, Episcopo repræsentare. *Pont. Rom. par. 2. tit. de expulsi. publ. penit. feria quarta Cinerum. pag. 543. Castald. in praxi Ceremon. lib. 1. sect. 8. cap. 7. num. 5.*

Quarto; Absente vel ægrotante Episcopo, fontes benedicere, pœnitentiam Sacmentaque alia ejus loco administrare; *c. 2. hoc tit.* in communicatione Corporis & Sanguinis Domini speciale curam gerere. *d. c. officium. 3. juncta Gloss. Azor. d. cap. 15. qu. 3.*

Denique, sicut *Archidiaconus* Episcopo in his quæ pertinent ad officium ministri, adjuvat ex officio, ita & *Archipresbyter* eidem inservit in his que ad Sacerdotis spectant munus; *c. 1. 2. 3. hoc tit.* & est quasi *Sacerdos Parochialis* omnium post Episcopum, in administratione videlet Sacmentorum, *can. in capite. dist. 50.* *d. c. officium. 3. ubi Gloss. verb. à foris.*

Dignitate enim praest, & in Cathedrali, quæ totius Urbis & Diœcesis est parochia, & ad illum propriè spectat, animarum curam habet. *Lavor. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 11. num. 6.* *Piac. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 24. vers. circa festum. Card. in Clem. dudum. §. verum. de sepult. Bollet. disquis. Clerical. part. 1. tit. de bonis Cleric. §. 3. num. 43. Strein. d. loco.*

Unde omnibus de Diœcesi, in majori Ecclesia, non obstante *can.*

Cc

placu-

Corvinus
De Personis
Benedicti Ecclesiast.

G IV

32

placuit. de pœnit. difſ. 6. &c. nullus. de paroch. sacramenta ministrat: Cil. clus lib. 5. infit. major. tit. 4. num. 168. Sanch. de matrim. lib. 1. difſ. 27. num. 1. Galet. in Margar. casuum conscient. verb. Sacramentum. 2. Honor. ab Axel. in Sum. Decret. ad hunc tit. num. 4. ac proindè omnium corum confessiones audit, pœnitentias injungit, absolvit, d. c. officium. Azm. d. cap. 15. qu. 8. vers. quare. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. cap. 14. num. 2. præterquam in casibus Episcopo reservatis; Hostiens. & Joan. Andr. in can. si Episcopus. de pœnit. difſ. 6. Sylvest. in sum. verb. Archipresbyter. nec solenniter pœnitentes, Episcopo inconsulto, absolvit, vel reconciliat; Gloss. per text. in d. c. officium. hic.

Eam ob caussam vocari solet Episcopi Vicarius natus; putate in spiritualibus; Gloss. in verb. proprio. in c. omniis utriusq. 12. de pœnit. & remission. Baldus conf. 161. casus super quo. num. 11. lib. 2. Bero. in rub. de offic. deleg. num. 9. & conf. 22. num. 3. volum. 1. Leo in thesauro fui Eccles. part. 1. cap. 10. num. 2. vers. sexta. Sbroz. de officio Vicarii, lib. 11. queſt. 3. num. 18. & lib. 2. qu. 14. num. 2. Narbona de appellat. à Vicarii ad Episcop. part. 1. num. 22. Lancelot. in templo Judicum lib. 2. cap. 11. Barbosa de Canon. cap. 6. num. 19. cum seqq. Hieron. Roman. de Republ. Christiana, lib. 3. cap. 10. Strein. d. loco, & §. num. 3. &, à lege, ratione officii & dignitatis ipsi tributa ratione jurisdictione frui ordinaria. c. ult. ubi Gloss. verb. referant. hoc tit. Azor. d. cap. 15. queſt. 6. Narbona d. part. 1. num. 30. Barbosa lib. 1. jur. Eccles. univers. cap. 25. num. 24.

Sed, ut de jurisdictione Archidiaconi diximus præcedenti titulo; nempe Ecclesiarum considerandas esse consuetudines; ita & hic quoad Archipresbyteri Urbani officium referendum. sec. Hostiens. in fine sum. Decret. ad h. t. Rot. decif. 9. de præbend. in novis. Boér. decif. 286. num. 5. Nicol. Garc. de benef. part. 3. cap. 4. num. 26. & part. 5. cap. 1. num. 25. cum seqq. Barbosa d. loco num. 28.

Ruralis Archipresbyter de jure communi, de quo in c. fin. hoc tit. præf. plebibus, ut scilicet non solum imperiti vulgi solicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum per minores Ecclesias habitantium; & qua unusquisque industria opus suum exerceat, Canif. ex Synodo Rennat. lib. 1. tit. 20. Panorm. inc. fin. in. 3. not. hic. nec non cuncta qua ad salutem plebis sue spectant, Episcopo denuntiat; nihil autem eo in-

CON-

consulto, nec contra ejus decreta facere præsumat. Duaren. de sacris Eccles. ministr. lib. I. cap. 8. Petr. Gregor. Syntagma. jur. univ. lib. I 5. cap. 21. num. 14. Azor. d. cap. 15. qu. 4. vers. aliter. Barboſa d. loco. num. 27. Sacellanos sibi subjectos coeret & corrigit: qui pro baptismio & celebrandis officiis convenire simul, & correctionem recipere debent: Inobedientes Episcopi iussu vel permisso excommunicat; Canis. d. loco. Strein. d. loco. num. 4. Clericum sibi subjectum ad residentiam non citat; nec, si non venerit, cum privat; quia cum in figura judicij agitur, solus Clerici judex est Episcopus: can. de persona. I 1. qu. 1. Panorm. ad d. c. fin. sub num. 1. vers. quero. hic. Honor. ab Axel. in sum. Decret. ad h. t. num. 7.

Neuter enim Archipresbyter in Clericos & Sacerdotes ullam habet fori externi jurisdictionem, ita ut ne in minimis quidem cauſis aliquem punire queat; ut ex declarat. Cardinal. Barboſa de Canon. cap. 6. docet.

Cujus rei cauſam Azorius Inst. Moral. lib. 3. cap. 15. quæſt. 7. adſcribit consuetudini; quæ in quibusdam locis obtinuit, ut nullum habeat forum, & nullum territorium; sed tantum curet ea, quæ ad sacramentorum, præſertim poenitentiæ, administrationem, tam quoad laicos, quam quoad Presbyteros sibi subditos, quorum excipit confefſiones, pertinent. d. c. officium. hic. Strein. d. loco. num. 5.

Est dubium, an Archipresbyter habeat ius instituendi eos qui à Patronis Ecclesiæ ſibi subditarum offeruntur, aut præſentantur? Diſcum, non habere muneris ſui vi, fed vel ex Episcopi commiſſione ſpeciali, vel conſuetudine; quemadmodum de Archipresbytero Florentino teſtatur Sylvester in ſumma verb. Archipresbyter. qu. 5. de Archipresbytero Bononiensi Gemmianus confil. I 17. num. 10. Cardinalis Tuſchus conclus. 841. aliq. citati à Streinio d. loco num. 6.

Archipresbyter uterque Presbyter eſſe debet, aut, ſi non eſt, intra annum fieri; ut Archidiaconus, ſi non eſt, Diaconus. Clem. I. de atat. & qualit. ordinand. can. I. diſt. 60.

Utriusque elec̄tio pertinebat olim ad Archidiaconum; can. ſi in ple- 12
bibus. diſt. 63. hodiè ſine Episcopi & Archidiaconi mandato nec institui,
nec

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

necremoveri potest: c. ad h̄c de offic. Archidiac. ex Canon. 7. Concil. Turonens. II.

Ex quo sequitur Archidiaconum majorem esse Archipresbytero; quoniam hic illi subest. c. I. hic. d. can. perfectis. vers. Archipresbyter. dist. 23. & ideo Archipresbyter de Clericorum continentia Episcopo ut Archidiacono denuntiare debet: Concil. Antisodoren. can. 20. Archidiaconus inquam præponit Archipresbytero, sed in iis, in quibus Archidiaconus vices gerit Episcopi: Maurize in select. jur. Canon. hoc tit.

13 Archipresbyter seu Decanus ruralis jus habet sigilli. Synodus Londinensis apud Mattheum Parisiens. in Henrico III. inquit; Statuimus, ut sigillum habeant non solum Archiepiscopi, & Episcopi, sed etiam eorum Officiales. Item Abbates, Priors, Decani, Archidiaconi, & eorum Officiales, Decani rurales, nec non Ecclesiarum Cathedralium capitula, &c. Maurize. d. loco.

TITULUS XXI.

De Primicerio.

S U M M A R I A.

- | | |
|-----------------------------------|---------------------------------|
| 1. <i>Primicerius quis, inge-</i> | 4. <i>An habeat dignitatem.</i> |
| <i>nere.</i> | <i>Dignitatum Ecclesia-</i> |
| 2. <i>Quis intelligatur hic.</i> | <i>sticarum nomina pen-</i> |
| 3. <i>Quodnam Ejus officium.</i> | <i>dent à consuetudine.</i> |

Quid Archidiacono non tantum subest Archipresbyter, sed & Primicerius, Sacrista & Custos, c. ad h̄c. 7. de offic. Archid. c. I. hoc tit. c. un. de offic. Primic. c. un. de offic. Sacriste. c. I. de offic. Custod. & can. perfectis. vers. Archipresbyter verò. dist. 23. ideo, antequam ad eos, qui Episcopi sollicitudinem levant extra ordinem, veniamus, cum Compilatore Decretalium eorum officia explicabimus.

Primi

Primicerius in genere dicitur, qui est *oꝝ p̄eyas*, magister, & primus in aliquo ordine. Sic apud Codinum in officiis aulae Constantinopolitana dicitur Primicerius aulae lectorum, notariorum, judicum, defensorum. *πεμψεως* apud Suidam. Rectius Primicerius, qui primus in matriculam, in tabulas, in ceram est relatus. *can. perfectus. difſ. 23.* quia passim in Ecclesiis appenduntur tabulae continentibus Clericorum omnium nomina; quae cerata erant olim, quo dispungi & immutari possent facilius. Sic apud Jurisconsultos veteres erant tabulae testamentariae; quae & ide apud J. Crum Paulum lib. 5. sentent. & Imperat. Justinianum tit. de pupill. subſit. prima cere & secundo cera dicuntur: Vitruvius lib. 4. cap. 2. dicit, *Tabellas formatas fixerunt, & eos cerā ceruſa depinxerunt.*

Sed quis in hoc titulo *Primicerius* dicatur, est dubium: Normulivi volunt eundem esse cum *Magistro ceremoniarum*; ut Mosconius lib. 1. part. 1. cap. 16. Alii, & quidem plerique, cum qui *Cantui praeſt*, intelligunt: Quem *Canonarchem* vocat Dorotheus, *doctrina 11.* & Codinus (*Canon* siquidem accipitur pro cantico seu psalterio apud Ethymologici auctorem; *κανών, ὁ τριῶτος θεός ταῦτα*; id est, *hymnus qui canitur in festo exaltationis Sancte Crucis, & κανὼν νεφοῖς μόνος* in festo passionis apud Gennadium. cap. 3. de purgatoriis igne.) Benno Cardinalis de vita Hildebrandi lib. 1. dicit; *Primicerius schola Cantorum.* Quem Alcuinus in epift. 25. *Sancta capella Primicerium*, Vulgus *Pracentorem* appellat. Vocatur etiam ſepiuſ Magiſter Scholarum & caput schola.

Erant enim olim in Ecclesiis *dua schola*. Una cantorum, puerorum, & minimorum Clericorum, qui cultui mancipati divino, psalmodiū, cantum & minores literas ediscebat. Capitulari 72. lib. 1. *Schola*, inquit, *legentium puerorum, psalmos, notas, cantus, compositionem grammaticam per singula Episcopia discant.* Cantandi enim munus, & pfallendi penes Presbyteros & Diaconos non erat, sed Subdiaconos, & quidem duntaxat tunc, cum Subdiaconatus non erat ordo sacer, & inter reliquos minores habebatur; *can. 1. can. in sancta. difſ. 92.* ex veteri & primo Ecclesia instituto; ad exemplum Davidis qui contra rem feederis arca instituit Cantores, inter quos erant principi Heman, Asaph, Etham; 1. *Paralip. cap. 6.* primus Heman, cuius tenere vices

*Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G IV

32

Primicerium, seu Schola Magistrum docet Papa Innocentius III. lib de mysteriis Evangelicae Legis cap. 6. Eundem Phonacum vocat Sidonius epist. 11. lib. 4. & Præcentorem D. Basilius epist. 63. επίσκοπον θεωρεῖς. Varies εἰναγέζειν Εὐάγγελον, οἱ λοιποὶ ταύτην. Uni, id munericis datur, in quod canendum est prior ordiatur, reliqui succinant. Altera schola erat eorum, qui Theologiae & rebus sacris operam dant, cui præfet is, quem nunc Theologum dicimus, qui titulo potiori dicitur Primicerius & distinguitur a Cantore. in c. constitutis. de appellat. De quo in Meldenfi Concilio cap. 35. Ut quisq; Episcopus juxta se habeat, qui de fide & observatione mandatorum Dei, & predicationis doctrina Presbyteros plebium affidua instruat & informet. Quam constitutionem Alexander III fecit in Concilio Larteranensi cap. 11. & denum Concilium Tridentinum Generalem, Cironius in parat. ad hunc tit.

Hinc patet non semper per Primicerium, per caput scholæ seu Scholasticum intelligi Cantorem seu Præcentorem: Nam & aliquando eodem nomine Cancellarius accipitur, qui in Primicerii successit locum, ut in Ecclesia Tornacensi, apud Innocentium III. lib. 1. Regij. Epist. 115. Aurelianensi ac Bituricensi: ut docet Cujac. ad caput Apolica. de his que sunt à prælatis.

³ Primicerius, de quo hic agimus, munus à Jure præscriptum, est docere Diaconos & reliquos Clericos cantandi formam, eis lectiones ad Matutinum cantandum assignare, modum cantandi in choro prolemnitate & tempore ordinare; cap. un. hic. Petrus Gregor. in Syntagma jur. univ. lib. 15. cap. 22. num. 11. Barbos lib. 1. jur. Ecclesiast. univ. cap. 28. num. 6.

Ex quo aliqui cum Reginaldo in praxi fori pænitent. lib. 30. trah. 3. cap. 3. num. 50. colligunt, Clericos ad cantum destinatos librorum sacrorum lectione & optimis moribus à Primicerio esse instituendos. Quod verum putat Streinius in sum. Jur. Canon. part. 1. tit. 5. de Dignit. §. 6. de primicerio seu cantore. si intelligatur limitatio; quantum vide licet canendi disciplina; & chori decentia exigit.

Valenzuela tom. 1. confil. 33. num. 159. apud Barbos. d. loco. num. 12. plenius Primicerii munus describit ita; Primicerii ministerium ad ecclesias laudes, & cultus divini augmentum ordinatur, & ipsi incumbit.

bit regimēnū omnium divinorum officiorū intra & extra chorūm, in quibus ipsi etiam Dēcano p̄aeſt. Ipſe Acoluthos & reliquos Ecclesiā inferioris gradus ministros ad divina dirigit officia, canendi & legendi hymnos, psalmodiam p̄aevidebat atque instruit: psallendi & orandi modum ipſe committit, silentium indicit, risus & colloquia cohībet; nē quis in psallendo nimium festinet, vel tardet, nē versus alter inchoetur ante finem alterius curat; ipſe cappas & sceptra parritur aliaque id genus alia exequitur. Azor. Inst. morali part. 2. lib. 3. cap. 16. qu. 1. Nauv. inc. si quando. de reſcript. except. I. num. 3. Strein. d. loc. num. 8.

Absente Archidiacono, ubi moris, ejus loco ea, quā ad ſacra pertinent, ordinat: Clericorum delicta punit: quos emendare non potest, eorum excessus ad Epifcopū refert: absenti ſubſtitutus datur; Succentor is appellatur: d. can. perlechtis. ver. ad primicerium. diſt. 25. d. c. un. hic. Valenzuel. d. tom. & conf. num. 156. Azor. d. cap. 16. Petr. Gre- gor. d. cap. 22. Sebāſt. Caſar. in relect. de Eccles. Hierarch. part. 3. diſt. 12. § 3. Hōſtienſ. in ſum. hoc tit. Vallens. in par. hoc tit. ut Epifcopo adiſtata à Choro dimoveri non potest. S. Rituum Congreg. in una Monopolitana. 6. Septemb. 1603. Barboſ. d. loco. num. 7.

Utrum dignitatēm habeat, dubitant Canonistæ; & merito. Juris- 4
dictio ſane, quam habet Didascalī & Directoris munus, qui informat & caſigat pueros, excedere non videtur. Nihilominus dignitatem ha- bēre, affiſmant, Barbosa d. loco. num. 9. Dartis tract. debeneſ. ſect. I. cap. 3. de diviſ. beneſ. §. primiceriatus, non meram dicit Cironius d. loco in fin. de primariis unam ſaltem in Hispania, ſi non juris diſpoſitione, ſaltem ex conſuetudine afferit Valenzuela; d. tom. 1. conf. 33. num. 90. apud Barboſam. d. loco. num. 13. ut & Cardinales, Tuscus tract. conclus. lit. P. conclus. 650. ubique locorum dignitate preditione eſſe affeſverat Mauri- quez, queſt. 30. num. 3. In Ecclesia Moguntina Archiepifcopali intermiſſarum ſolemnia utiſur infula. Quod privilegium illi cum Propoſi- to & Decano eſt commune. Nicol. Serarius lib. 1. hiftor. Mogunt. cap. 18. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 4. num. 4. Sacra Rituum Congregatio in una Capuana 28. Aprilis 1607. censuit Primicerium debere in Pro- ceſſionibus capere pluviale ſicut Dignitatem, & non planeram, ſicut Canonicum; & notat Caſtaldus in praxi caremon. lib. 1. ſect. 8. cap. 7. num.

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

num. 5. vers. inter ceteros. ci ubique fuerit, videlicet in Choro, comitiis, & consessu omni, Canonorum gradum, & Beneficiatorum esse concedendum locum; eumque pro locorum consuetudine esse diversum. Consuetudini proinde esse standum.

Unde non absurdè dicit Canisius lib. 1. Inſt. Canon. cap. 21. in fin. Dignitatum Ecclesiasticarum nomina pro locorum & consuetudinum varietate aliter atque aliter usurpari; à quibus, si sint rationabiles, silegibus & juri communī derogetur, nihil mirum est. c. dilecti. 4. de arbitriis. c. 2. de consuetud. l. de quibus ff. de Legib. Dartis d. loco. vers. porrò secundum.

TITULUS XXII.

De Sacrista.

S U M M A R I A.

- 1. *Sacrista quis.*
- 2. *Eius officium.*
- 3. *An habeat dignitatem.*
- 4. *Habet Thesauraria.*

Inter Officia quæ subsunt Archidiacono, & est *Sacrista*, idem qui *Thesaurarius*, qui custodit omnia vasa sacra, l. *sancimus*. 21. C. de SS. Eccles. Καπιτιαρία vocat Balsamon ad can. 12. *Synodi* 7. inde dictus κεφαλαιάρχης, atque ut quidam putant *Capitarius* apud Fulbertum Episcopum Carnotens. epist. 103. & passim in consuetudinibus Floriacensibus & regulis Monachorum. Putattamen Joanines Gerardus Vossius in libro 9. de vitiis sermonis *Capitarii* ibi dici eum qui excipit capitis censum, tributum, Θησαυραν. *Sacristam* Græci, teste Codino lib. 1. de officiis. *Constantinop.* Καροφύλακα vocant: Phorti epistola 74. est inscripta Eulaiuspiο; Αρχιεπίσκοποι καὶ Σενέφύλακαι: & locum in quo illa adversanatur *Cerophylaxi*, *Vasorum custodiarum*, ut veritatis Anastasius Bibliothecarius in *Historia Ecclesiastica*. *Sacristia seu Sacrarium.* Eundem etiam dici *Cellerarium*, in c. dilecto filio. 25. in princ. de præbend. quidam putant.

Sub

Sub ejus manu non solum vasæ & ornamenta sacra manere debent, sed etiam acta omnia, instrumenta, privilegia, quibus feuda & beneficia, & reliqua omnia continentur jura: ut docet Innocentius III. Epist. 57. lib. 1. Registri. Synodus VI. Constantinopolitana act. 30. dicit: λαζανόν Πέτρον ὁ Ἰησοῦς εἰπεῖ τοι Βασιλεὺς τοῦ κόσμου τούτου Κωνσταντίνε πόλεως τοῦ ἀνθετικοῦ βασιλεῖον τοῦ Θεοφύλακος; id est; Accipiens Petrus religiosissimus Diaconus & Notarius sanctissimi Archiepiscopi Constantinopolitani librum authenticum Schenophylacii. Maurize in select. jur. Canon. ad hunc tit.

Non habebat olim dignitatem ullam, neque beneficium, sed tantum officium Ecclesiasticum, tefib. Rebuffo in praxi benefic. tit. seculare benef. quotuplex num. 9. Petr. Gregor. Syntagma juris univers. lib. 15. cap. 39. Anton. Fabric. de rebeneft. tit. de benef. cum dignitate n. 59. Ferro in tract. de precedent. Eccles. quæst. 48. num. -- Barbos. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 27. num. 4. At progressu temporis, propter officii maximam & ingenitatem curam, & residentiam continuam, quæ requiritur ab eo, dignitatis honore decoratur apud Innocentium III. epist. 176. ejusdem libri. Quod & consuetudo, ac omnium ferè Ecclesiastarum Cathedralium statuta comprobarunt, Abb. ix c. de multa. num. 25. vers. secus. de prebend. ubi Quintin. in repetit. num. 89. circa med. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 13. quæst. 1. 4. & 5. Schast. Caesar. de Eccles. Hierarch. quæst. 292. num. 11. & qu. 5. num. 5.

Thesaurariam esse dignitatem quidam apud Barbosam d. loc. num. 6. 4 probant. Primo ex collationibus tam Apostolica, quam auctoritate ordinaria factis de illa tanquam dignitate tertia: Secundo ex declaracione Capituli, visione Bullæ, electionis Thesaurarie, & juribus aliis in Capituli protocolis existentibus, quæ indicant esse tertiam dignitatem post Pontificalem: Tertiò; ex pluribus actibus & functionibus Capitularibus; videlicet, convocatione Capituli in absentia obtinentium dignitates majores: Quartò, ex communi reputacione, & fama. Rota decis. 518. & decis. 585. Mantic. decis. 175. num. 13. Gregor. decis. 482. num. 3. Accedit quod inter Ecclesiæ columnas numeratur. in 1. 2. hoc tit. vide Cucchum. lib. Canon. pag. 133.

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32

TITULUS XXIII.

De Custode.

SUMMARI A.

1. *Custos* alias quam Sa- 4. *Est Pralatus in Germa-
crista, licet affinis.* nia.
2. *Eius munus quale.* 5. *Consuetudo hac domina-*
3. *An habeat dignitatem.* tur.

SIicut Archidiacono subest *Sacrista*, ita & *Custos*. c. 1. *hoc tu-*
Qui *Sacristæ* seu *Thesaurario* valde est affinis. Nam est is,
cui ea, quæ competunt Ecclesiæ, custodienda committun-
tur. Unde in aliquibus Ecclesiæ confunduntur: ut *infi-*
niat. c. 2. ad fin. verf. in terminis. cod. Azor. Inst. moral. parte 2. lib. 3. cap.
16. qu. ult. Reginald. in præxi fori panitent. lib. 3. tract. I. cap. 3. num. 50.
verf. nona. in aliis Ecclesiæ dividuntur. Dartis tract. de benefic. scđt. I. cap.
3. dedivis. benef.

Et quidem meritò; Nam *Eorum*, origine consideratâ, officia
sunt diversa, ut ex Titularum diversitate in Decretalibus constat. Nec
enim est verisimile Gregorium IX. in earum compilatione duos diver-
sosque titulos ejusdem officii unum addidisse post alterum inutiliter.
Barbos. juris Ecclesiæ. univ. lib. 1. tit. 27. num. 8.

2 Quâ propter videtur *Custos* tantum fuisse quasi *Minister Sacristæ*
sec. Gloss. & Panorm. adhunc tit. Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib.
15. cap. 39. num. 7. & partit. jur. Canon. lib. 2. tit. 9. cap. 5. num. 10.
Nam ultra munia *Sacristæ* incumbentia, servandi scilicet & custodien-
di Ecclesiæ urenfilia, quæ etiam *Custodi* incumbunt; c. I. hic. hæc Cu-
stodis sunt propria; *Barbos. d. loco num. 10. Strein. in sum. jur. Canon.*
part. 1. tit. 5. §. 7. num. 3. Ungepaar. in comment. Decret. ad hunc tit.
Vallen. in parat. ad eund. 1. Tintinnabulorum pulsatione, horarum
Canonicarum signa, jubente Archidiacono, dare: 2. Pallia vel alta-

sis linteamina & cuncta Ecclesiae utensilia indesinenter custodire:
 3. Accendendis & extinguendis lampadibus vigilem se praebere; ne
 aut supra modum lucendo depereat oleum, aut minus lucendo Ecclesia
 sit obscurior: 4. Ne thuris unquam sit inopia, diligenter curare:
 5. Ut panis & vini ad Missae Sacrificium copia omni suppetat tempore,
 providere: 6. Omnes denique oblationes seu Eleemosynas atque
 decimas, cum Archidiaconi consensu in Episcopi absentia inter fratres
 (id est pauperes) dividere. c. 1. & 2. & hoc tit. ex Concilii Toletani actis.
 Roderic. Hispan. in speculo vite humanae. lib. 2. cap. 10. Azor. d. cap. 16.
 quæst. 7. Card. Tuscb. lit. D. conclus. 419. num. 24. Galganus. de jure publ.
 lib. 3. tit. 33.

In quibusdam Ecclesiis tribuitur *Custodi dignitas*, eaque tanti 3
 ponderis habetur, ut præter ornamenta, & Ecclesiæ privilegia, regii di-
 adematis gerat custodium; quam ob rem persona debet conferri ido-
 nea, ne per negligentiam honor patriæ de corona aliquam lesionem suscineat,
 ait Innocentius III. epist. 489. lib. 1. registri Corippus lib. 4. Gratior Au-
 gusti servans pia gaza facelli.

In aliis dignitatem nullam habet, *Barbo* a d. loco num. 11. ut in
 Ecclesia Tholosana, in qua quatuor sunt Custodes, qui inter Clericos
 minores & servitores constituantur, teste Cironio in parat. hic. in fin.
 Quales sunt quos *Basilicantes* vocant canon perfectis. diff. 25.

In Germania verò in Ecclesiis Cathedralibus *Custos* inter Præla- 4
 tos numeratur, cui *Sacrista* subest, & quem designare voluerit *Subcu-*
tos. *Strætin.* d. loco. & num.

Itaque de officiis horum certi nihil statui potest, propter varias 5
 Ecclesiæ consuetudines, ad quas omnia hæc officiorum & dignita-
 tum iura semper referre debemus; *Vallen.* in par. hic. ut nominatim
 profitetur *Glossa*; nam & *Custodi* ea omnia quæ & *Archidiacono*,
Archipresbytero, *Primicerio* tribuuntur, defert c. 2. *hujus tit. in 1. compilat.* Licet enim istic *Custos*, vocitetur Ecclesiæ columna; non tan-
 men pari fulget dignitate cum *Archidiacono*, cuius est propriè manda-
 torum executor, & si in munere suo fuerit negligens, ab illo disstringi
 debet. c. 1. eod. *Ciron.* in par. hic.

Corvinus
De Personis
Beneſi Ecclesiæ

G IV.

32

TITULUS XXIV.

De Coadjutore.

SUMMARI A.

- | | |
|----------------------------|--------------------------|
| 1. Continuatio. | 7. Habuere Patriarcha |
| 2. Coadjutor in Ecclesia | Constantinopolitani Co- |
| Catholica cur constitua- | adjutores. |
| tur. | 8. Non dandi temere. |
| 3. Quis sit. | 9. Qua dandi causa. |
| 4. Cur institutus. | 10. Quotuplices & quomo- |
| 5. Non representat alte- | do differant. |
| rum Episcopum in Ec- | II. Quomodo ornentur & |
| clesia. | quod Eorum munus. |
| 6. Certo casu duo in eadem | 12. An aliis quam Epi- |
| Civitate Episcopi esse | scopis dentur. |
| Potuerunt. | |

Absoluto tractatu Eorum, qui in Ecclesia ad sublevandam Pastorali officii curam sunt ordinariè constituti; consequens est, ut videamus de iis quin eundem finem extra ordinem, neccitate id expostulante solent constitui. Qui sunt, ut supra tit. 20. de officio Archidiaconi diximus; *Coadjutor & Vicarius*; Primò de Coadjutore.

2. Constituitur Is hodiè in Ecclesia Catholica ad imitationem ejus quod factum in Ecclesia Judaica & in Christiana primitiva ab Ipsiis Apostolis, aliquique Episcopis. Nam Moses in Adjutorem legationis impetrare accepit fratrem Aaronem: Gen. cap. 4. & 7. & in munere judicandi, ex consilio Jetro, adjunxit sibi Tribunos & Centuriones. Exod.

cap. 18. & Numeror. cap. 11. D. Petrus Apostolorum Princeps Adjutores habuit Linum & Cletum: can. si Petrus 8. qu. 1. D. Paulus Prifam, Aquilam, & Timotheum: ad Rom. cap. 16. Divus Augustinus à Valerio notæ sanctitatis Episcopo Hipponeñsi, Episcopalis officii fuit adjunctus Adjutor. Et Valerius Cæsaraugustanus Episcopus D. Vincen-
tium, in enuntiando Dei verbo, quo, propter impedimentum linguae
fungi non poterat, officio ipse Valerius habuit Coadjutorem. Petr.
Gregor. in Syntagma. jur. univ. lib. 15. cap. 25. num. 3.

Est enim Coadjutor, qui ex iusta cauſa in conſortium regendæ Ecclesiæ datur.

Eius *Officium extor sit humanitas*: Nam cum præbenda tamen concederentur eis qui militarent Ecclesiæ, c. *cum secundum de præbend.* non immerito quarebatur, an qui morbo affecti, vel ætate erant defecti, commoda consueta, ut vocantur in c. I. eod. tit. in I. collect. possent percipere atque inde se exhibere: maximè cum per id tempus impares essent obeundo suo munere Ecclesiastico. Receptum tamen, ut beneficiiis suis propter ætatis senium aut corporis morbidum non preventur, & ut possint percipere fractus & proventus integratos, c. I. & 2. & pen. de Cler. agro, vel debilit. Nam ut ait JCTus Paulus in I. *cam heres*. 4. §. Stichus. 5. in fin. ff. de statilib. servare intelliguntur etiam hi, quos curamus agros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur; Ad tutorum, qui tutelæ administranda non sunt pares, exemplum: Nam propter adversam eorum valetudinem, dantur eis Actores, qui & vocantur Adjutores, quorum opera rebus consultor pupilli, & tutoris consultor administrationi. I. *solut etiam*. 13. §. 1. ff. de tutel. Et cum illos ab officio suo necessitas infirmatissim, non crimen abducatur, ut ait Gregor. lib. II. epist. 7. non culpa, sed ægritudo, ut ait Idem epist. 8. durum esset, & ab institutis Apostolicis alienum, successores eis dari propter id, quod misericordiam ipsiis conciliare debuit: can. quamvis. 7. qu. I. Bala-
sam. ad can. 77. *Apostolorum* & ita afflito superadderetur afflictio. c. ex parte. de Cleric. agro. & debilit.

Quod & consitutus, quam alium evocare Episcopum, per quem ea, quae Episcopi sunt propria, gerat valetudine aduersa impeditus Episcopus: ut cœetur Concilii Araucanæ I. can. ult. Sed & ideo ita est

Dd 3

consti-

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

五

constitutum, nè cæteri ab Ecclesiæ ministerio avocentur. d. cap. 1.
exemplo tertii.

Nec Adjutore Episcopo dat duo widebuntur in eadem civitate
esse Episcopi; contra Concilium Nicænum, canon. 8. & ita fiet Ecclesiæ
divisio, quam ut Ecclesiæ exitiosam damnat Concilium Cabillonense:
can. 4. Nam accedere magis videtur Adjutor, quam succedere. Pau-
linus Nolanus in epist. 4. ad Romanianum inquit; Non autem tan-
tum hoc scribimus gratulandam, quod Episcopatum Augustinus accepit:
sed quod hanc Dei curam meruerint Africana Ecclesia, ut verba caloflu-
Augustini ore perciperent, qui ad majorem Dominici munera gratiam nos-
more proiectus ita consecratus est, ut non succederet in cathedra, sed acci-
deret. Quod repetitur in can. non autem. & can. nihil contra. 7. qu. 1.

⁶ Aliquando tamen permittebatur in Ecclesia veteri unius Eccle-
siæ per Episcopos, in eadem civitate, duos divisio; ut si Episcopus here-
ticus cum plebe sua ad Ecclesiam redibat Catholicam, is populum su-
um noviter conversum regebat, & nihilominus manebat alter, qui po-
pulo præerat Catholicæ, quamvis ejusdem Diœcesis esset uterque.

Sed huic incommodo prospexit dicti Concilii canon. 8. qui noluit
hunc recens conversum amplius appellari Episcopum, sed Presbyterum vel Choropiscopum: Quo exemplo D. Cyprianus epist. 4. lib. 1. &
epist. 2. lib. 4. Episcopum ad pœnitentiam reversum, ordinatione &
honore sacerdotali privari vult.

Quod tamen nec postea observatum, licet Imp. Theodosius in Ci-
vitatis, in quibus erat Arrianorum hæresis, ut vitaretur seditio, duos
creari voluerit Episcopos. Ciron. in par. de Cleric. agrot.

Itaque in agrotantibus Episcopi locum non subrogandus est alius,
sed dandus ei Coadjutor. Qui est tantum Καθερίς, adjutor, auxilia-
tor, administer.

⁷ Quin etiam Patriarchæ Constantinopolitano Coadjutorem adjun-
gi solitum, eundemque ejusdem designatum successorem, vocatum-
que Κύριον, non est incognitum. Synodus Nicæna II. Κυριάκ
τη επεισε πατερων, Syncellus factis Patriarcharum qui ibi erant. Et
d. Synodi. act. 7. πατερων Κύριον, Patriarche Syncellus.

Quoniam autem Syncelli erant plures, is qui inter eos obtinebat
pri-

primatum, dicebatur πρωτοσύγκελλος, Proto-Synkellos. Synodus Florentina: ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος οὐκέτι Γρηγόριος, Magnus Proto-Synkellos Dominus Gregorius. Maurize in select. ad hunc tit.

Non temere dati Coadjutores Episcopis: c. ult. de Cler. agrotant. 8
can. 23. Concil. Agathensis & Summus Pontifex hoc curæ sua fecit;
cum antea hoc pertineret ad Metropolitanos. c. ex parte eod. & petenti Adjutorem dat, necessitate urgente; Vel simonitus non petat, etiam
invito, desiderante Capitulo; can. quamvis. 7. qu. 1. can. 2. caus. 7. qu.
2. d. c. 1. de Cleric. agrot. Nec unus modo datur, sed plures, si res po-
stulerit, idest, pro modo oneris Episcopalis. can. Pontifices. 7. qu. 1.

Causæ autem, propter quas dantur Adjutores (qui & Dispensato-
res in d. can. 1. caus. 7. qu. 1.) sunt plures: puta; 1. Paralyfis (Quæ,
ut ait Celsus Aurelianus tard. passion. lib. 2. cap. 1. est passio generaliter
gravis atq[ue] difficilis; sed gravior curato sit, quoties toto sensu caruerint
partes) 2. Morbus comitalis, 3. Quivis incurabilis & peremptorius,
4. Lepra, 5. Foedæ vitilinges, ut loquitur Arnobius lib. 1. aduersus Gen-
tes: cap. 3. 4. 5. de clericis agrot. nè Ecclesia hac offensione turbetur:
atq[ue] in d. can. 6. Gravis capitisi dolor, propter quem Ecclesiastico munici-
ti superesse non potest Episcopus: d. can. 1. caus. 7. qu. 1. d. can. 1. caus.
7. qu. 2. 7. Alienatio mentis. cap. un. eod. in 6. Nam extenuatus animi
rei sacrae peragendæ interessæ citra scandalum non potest: 8. Åetas præ-
ceps & decrepita: d. c. un. can. petiſſi. d. can. & qu. 1. Nam senectus ipsa
mortibus est. D. Hieronymus in Psal. 89. Seneca epist. 108. 9. Årastenera;
nam qui ejus åtatis, monendum stabile habet iudicium: Dicit Theophylac-
tus in Matthæum cap. 3. εὐ μὴν πρωτην ἡλικία, πολὺ τὸν ἀνώτερον. In pri-
ma etate magna est insipientia. Sic Hugoni cuidam (ur scribunt Flodoardus Historia Remensis lib. 4. cap. 20. & 22. & Frodoardus in Chroni-
co anni 15.) Coadjutor datus, qui nec quinquennii tempus explesse di-
cebatur. 10. Imperialis lingua vernacula: Sic, ut supra meminimus,
Valerius Hipponeſis Episcopus natione Grecus, minusque Latina lingua
& litteris instruetus sibi ad civit D. Augustinum; teste Possidonio de
vita Auguſt. cap. 5. 11. Prodigalitas. c. venerabilis. 3. 7. de offic. & potest.
Jud. deleg. Maurize. d. loco.

Coad-

Corvinus

De Personis

Beneſi Ecclesiastici

G. IV.

32

10 Coadjutores autem vel sunt *Temporales*, qui, ut vices Episcopij gerant, quamdiu durat impedimentum, puta morbus, dantur; vel *Perpetui*, qui cum futura successione dantur.

11 Hos adsciscunt sibi Episcopi, de Capituli sui vel majoris partis eius consilio & consensu, auctoritate Pontificis, moderatis sumptibus eis proventibus suis tributis; *d. c. un.* cum spe futurae successionis; sed non (quod Concilio Tridentino *sess. 25. de reformat. cap. 7.* statutum) nisi causa prius diligenter à Pontifice cognitā.

12 Ornatur ferè omnes à summo Pontifice titulo Episcopi, in partibus infidelium, ut loquū moris est, quamvis nudum nomen sit & Episcopatus sine re. *Maurize d. loco. Ciron. d. loco.*

Non administrationi rerum ad Episcopum pertinentiam se immiscant, nec ea quae sunt Jurisdictionis, sibi vindicant Episcopo inconsulto. Solet enim promoti potestas ita arctari, ne se intromittat in administrationem: si quid contra præstitutum modum sibi arrogent, geraurunt nihil arguant.

13 Porro hi *Coadjutores* dantur non tantum Episcopis, sed & omnibus aliis Prælati & Ecclesiarum Rectoribus morbo vel ætate laborantes; utrisque congrua portione affligitā. *c. 3. 4. & ult. de Clerico agr.*

TITULUS XXV.

De Vicario Episcopi.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Vicarius quis.</i> | 5. <i>Qui perpetui.</i> |
| 2. <i>Constituitur vel à Lege,</i> | 6. <i>Qui temporales.</i> |
| <i>vel ab homine.</i> | |
| 3. <i>Alege constituti quotu-</i> | 7. <i>An perpetuus possit al-</i> |
| <i>plices.</i> | <i>libitum officio privari.</i> |
| 4. <i>Facto hominis quoctupli-</i> | 8. <i>Ei animarum incumben-</i> |
| <i>ces.</i> | <i>cura.</i> |

9. Temporales Vicarii 20. Quae competant Vicariales.
10. Episcorum Vicarii 21. Vicarius Foraneus
quotuplices. quis.
11. Vicarius & Officialis 22. Ex pluribus Vicariis
an differant. uni potest fieri Delegatio.
12. Qua hic Curi & Roma- 23. Præcedentiam habet
ne Stylus. Vicarius in Capitulo.
13. Vicarium eligit Epi- 24. Vicariorum qualis po-
scopus. testas. & num. 26.
14. De ejus factoteneretur. 25. Absq; appellatione ad
15. Qua in eo desiderentur. Episcopum.
16. Potest esse Laicus, Re- 26. Vicariorum potestas
ligiosus. per Canones limitatur.
17. An eum eligere tenea- 27. Quomodo desinat.
tur Episcopus. 28. An teneatur de Syn-
18. Quomodo constituantur. dicatu.
19. Quo possint constituti. 29. Ei debetur salaryum.

Sequitur de Vicario; non tantum propter rationem superius allegatum, sed & idem, quia generalis Episcopi Vicarius unum & idem tribunal representat cum Episcopo.

Vicarius propriè est is, qui vices alterius gerit per se vel mandato ejus, qui in dignitate constitutus est aliqua vel officio. Vicarius alieni muneric. 1. *Vicarius. 13. ff. delegation. c. 1. hoc tit. in 6.*
Constituitur in genere aut constituuntur Vicarii, vel à Lege, sine 2 homini facto; Vel ab homine. Marant. de ordin. judic. part. 4. dist. 5. in princ. num. 6. *Sbroz. de Vicar. Episc. quest. 3. num. 1. & 2. lib. 1.*

A lege constituti sunt multiplices.

Primo; Summi Pontifices, Petri Successores, quibus voce Evan-
geli-

Corvinus

De Personis

Beneſi Ecclesiastici

G IV.

32

gelica æternæ vitæ traditæ claves: can. omnes. dist. 22. Vicarii Christi:
c. ubi periculum. §. caterum. &c. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. di-
cuntur.

Secundò; Episcopi, qui Apostolorum successores, & vices gerunt;
can. quorum. dist. 69. can. legimus. dist. 93. can. in novo. dist. 21. c. 1. §.
per frontus. de sacra unit.

Sunt enim illi, quos Spiritus Sanctus posuit regimini Ecclesiae Dei
(quam sanguine acquisivit suo) Vicarii ipsius: Acto. cap. 20. Concil.
Trident. cap. 1. de reformat. sess. 6. Cardin. Bellarm. in Apologet. pro respons.
ad libros. Reg. Britan. cap. 4. sub vers. quod etiam Rex. Episcopi quidem
succedunt Apostolis, quatenus Hi primarum Ecclesiarum, & quidem
particularium fuerint Episcopi; non autem proprio succedunt Apo-
stolis, quatenus erant Apostoli, id est, cum potestate plenissima in ter-
ram omninem missa. sec. Bellarm. in lib. de Cleric. & lib. 4. de Pontif. Leon.
in Thesauro fori. Eccles. part. 1. cap. 10. de Vicariis. num. 2.

Tertiò Presbyteri itidem sunt Vicarii: Nam messem esse multam
videntes Apostoli, rogarunt messis Dominum, ut mitteret operarios in
messem suam; afflati Spiritu, septuaginta duos elegerunt Discipulos;
quorum jam vices gerunt Presbyteri. d. can. in novo. dist. 21.

Quartò; Sunt & Vicarii Cathedralium Ecclesiarum Capitula;
Sede enim Episcopali vacante, vices gerunt Episcopi. Gloss. inc. un. 2.
not. de major. & obed. in 6. & Innoc. in c. eam te. num. 4. & seq. de rescript.

Quintò; Vicarii sunt Archidiaconi; absente purate Episcopo
c. 1. ubi Gloss. & Butrig. & cap. ad hac. §. secundum. & §. item epistola. de
offic. Archidiac. Est enim Vicaria annexa Archidiaconatu; ut supra
dictum.

Sextò; Vicarii nativi dicuntur Archipresbyteri, sed tantum quoad
quædam spiritualia. Hostiens. tit. de offic. Archipresb. Sbroz. d. qu. 3. a.
num. 8. usq. ad num. 19. Leo d. loco. & num.

Facto hominis qui creantur, Vicarii, dicuntur Spirituales, & sunt
vel Perpetui, vel Temporales. Abbas inc. extirpanda. §. qui vero. num. 9.
de præbend. Leo d. loco num. 3. Barboſa lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 1.
num. 8. & 9. Vallenf. in par. ad hunc tit. Ciron. eod. Maurize in select. ad
hunc tit.

P. 21

Perpetui sunt qui canonice, id est, auctoritate Episcopi constituantur, in Ecclesiis parochialibus, cum certa & congrua portione annua ex proventibus ipsius Ecclesiae.

Roma perpetuus est *Vicarius Urbis*, cuius officium potestari ordinaria ita est connexum, ut amoveri nequeat, & tantum vacet per obitum. Et est tempore Cardinalis. Eiusque jurisdictio urbem non excedit. c. sua nobis. hoc tit. Estque in Urbe tanquam Ordinarius in sua dioecesi, in Clericos & Judaeos jurisdictionem habens; d. c. sua nobis. & Sbroz. d. qu. 3. num. 19. Imò omnia ferè exequitur, qua Episcopus in suis diocesibus; & proprios habet milites ad coercenda delicta. *Pav. de off. & potest. Capit. Sede vacante. par. 2. qu. 10.*

Præterea *Vicarii perpetui* deputantur Monasteriis & aliis Beneficiis, quibus pro animarum cura creata sunt Apostolica auctoritate vicaria perpetuae; ad quas, examine prævio, secundum Tridentini Concilii formam admittuntur (assignata per Ordinarios inter centum & quinquaginta seutorum annua fructuum portione; *Pius V. in bulla, confutatione 46. incipit ad exequendum*) *Vicarii* auctoritate ordinaria, qui amoveri sine causa non possunt. c. ad hoc eod. tit. c. i. de capellis monach. in 6. *Abbas in d. §. qui vero. num. 8. Rota decis. 24. num. 1. de proband. in nov. & Concil. Trident. cap. de reform. sess. 7.*

Vicarii Temporales sunt, qui justa ex causa in locum alicuius ad tempus substituuntur; ut qui auctoritate Apostolica vel ad regimen cathedralium in temporalibus & spiritualibus ob Episcoporum malam administrationem mittuntur; *Vicarii Apostolici* dicuntur; *Leo d. loco num 6.* vel ad regimen terrarum status Ecclesiastici deputantur. *Abb. in d. §. qui vero. num. 9. Roman. conf. 59. num. 2. in fin. & num. 3. Fel'n. in c. pastoralis. num. 1. i. de rescript.*

Vicarii etiam dicuntur qui ab Episcopis cum congrua fructuum portione Rectoribus parochialium legitima ex causa, absentibus suspensis, impeditis, aut inhabilibus, c. pervenit. de appellat. c. cum ex eo. de elect. in 6. *Coneil. Trident. cap. 2. sess. 6. cap. 5. sess. 7. cap. 6. ubiq. de reformat. sess. 21.* aut parochiali Ecclesie vacanti, donec ei de Rectore idoneo fuerit provisum, constituuntur. d. *Concil. de reformat. sess. 24. cap. 15.*

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

⁷ Vicarii perpetui, semel canonice constituti, non possunt per proprium Ecclesie Rectorem ejusve successorem removeri, aut assignatae fraudari possessione: c. extirpanda. §. qui vero de praebend. Clem. un. hic. Imo nec Episcopi administrationem eis auferre possunt, nisi iustis de causis; ut colligitur ex c. ad hanc hoc tit. Quia scilicet Vicarius perpetuus non habet se ad instar mandati simplicis, sed ad instar beneficii, & Vicarius perpetuus ipso jure eiusdem beneficiarius, c. perpetuus de fidei iustitia. Gloss. in c. in V. diversis. eod. c. Machiel. de filiis Presbyter. ejusque officium refertur inter beneficia; in c. postulata de re scriptis. & penes eum est animarum cura; Abbas ad d. c. extirpanda. §. qui vero & ideo Curatus primitivus, ut aliqui vocant, Sacra menta conferte ne potest, nec debet.

Hinc quoque sit, quod Vicarius, sicut & quilibet in beneficio, auctoritate Episcopi sibi collato institutus debet, c. ex frequentibus de institutis, semelque institutus non sit temere, nec sine causa, ac praeferens ordinem amovendus, ut res aliquis beneficis privandus est: quod quis nequa esse Vicarius in diversis Ecclesiis. c. 1. & 2. hic. ut ibi aliam Vicarium per personam omnino, ex justa causa vel tempore. Abbas in c. Clericus hic, & subtiliter, quam clementer communem, ut pro Capitulum deferatur, per finem suum vel infra unum Vicarium unum dicendum, compiliatio habeat, & illi ad. Non obstante regulam, qui facit tempore suu ab. Quia locum non habet, quando spectatur persona industra, ut ascenditur in Vicario.

Huc etiam Vicario perpetui animarum indubit curia; in eoque jura, de Rectore parochialis Ecclesie confirmata, etiam obstante locum veluti quod infra annum ab obstante vicaria fieri debet Presbyter, inde ut dominus parochiale. d. Clem. un. hic.

⁹ Tempore Vicarii, quatales, non se habent instar beneficii sum; Celsus Exterro. Johannis 22. Execrabilis. de praebend. sed penes Rectorem principalem manente, penes Vicarium solum ei factio & administratio, quam principalis exercet nomine, & cum hunc suspirat morte; & ad natum ejus revocari potest. Abbas in d. c. extirpanda de praebend. Valens iste parat. decret. ad hanc tit. num. 3. 4. &

¹⁰ Sed de istis Vicariis satis jam dictum; dicendum nunc de Vicario Episcopi.

Episcoporum, simpli citer sic dictorum, & de quibus ut in Decretalibus postillatum hoc titulo agitur, ita hic tractare propositum.

Hic sunt duplices; vel enim constitui soleat, ad cognitionem causarum totius Diaecesis, vel alii ad civilium, alii ad criminalium. Qui propriè hodiè non Vicarii, sed Officiales aut Auditores vocantur. c. i. & 2. de his. in 6.

Vicario autem, quā dicitur generalis, cetera omnia quae jurisdictiōnis sunt voluntariae & contentiose etiam committuntur: quamvis & ipse quandoque Officialis continetur nomine. d.c. ex frequentibus. de inst. c. 2. de confuetud. in 6. c. fin. hoc tit. in 6.

Vicarius enim & Officialis significant idem & in effectu, nulla est 1.1 inter Eos, nisi in nomine differentia. Hippol. Rimin. in Rubr. de officiis. num. 113. Corvar. lib. 3. var. resolut. cap. 20. num. 46. Mand. in tract. de commission. in commiss. per Breve 28. verbo Vicario. & in regul. 14. Cancell. qu. 6. num. 16. Gonzales ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 3. num. 8.

Curiæ Romanae stylus observatu, teste Barbosa lib. 1. jur. Ecclesiast. 12 univ. cap. 15. num. 12. ut in expeditionibus sive delegationibus ad Italianam, Ungariam, Dalmatiam, Epyram & Creram, & partes Orientales, Siciliam & Cossicam, concernebitibus, Cancelleria utatur Vicario semper; sed ultra montes Alpinos; ut in Gallia, Hispania, Germania, Polonia, Anglia; & in ultramarinis, ut in Africa Officiales nuncupantur: teste Mandos. d. Breve 28. verbo Vicario Bononiensi. & d. qu. 6. num. 8. Hieron. Paul. in pract. Cancell. sol. ipsi. 7. & 8. Sbroz. de offic. Vicarii. lib. 1. qu. 2. num. 10.

Eligitur Vicarius vel Officialis Episcopi ab Episcopo ipso, non adhibito Capituli consensu: c. ea noscitur. ubi Hostiens. de his quae sunt à Prel. &c. Sede vacante eligitur à Capitulo, vel Electus confirmatur. sec. decret. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 16. sed de eo infra. tit. seq.

Defacto Vicarii tenetur Episcopus, sibi que imputare debet si elegerit malum; d.c. ad h.e.c. sup. de offic. Archidiaconi. Rebuff. in forma Vicariatus. num. 188. Considerandum ideo, qualis debeat eligi.

Eligi debet moribus probatis, aetate annorum viginti quinque; ergo c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. idoneus ac rerum & cauiliarum

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV.

32

forensium peritus. *I. penult. C. de judic. I. ad Rempublicam. 8. ff. de munus & honor.* qui sit Doctor vel saltem Licentiatus, saltem in jure Canonico, vel alias, quantum fieri potest, idoneus. *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 16.* *Valenzuel. conf. 120. num. 37.* *Barbos. d. loc. num. 14.* Maurize in select. jur. Canon. ad hunc tit. saltem prima tonsura Clericus non laicus, can. in nova. 16. qu. 7. c. decernimus. de judic. ubi Abb. num. 12. *Felin. num. 6.* *Dec. num. 15.* *Ripa. num. 56.* *Barbos. d. off. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 54. num. 4.* non conjugatus; *Franc. in c. I. hoc. non bigamus, etiam effectus Clericus;* nisi primitus bigamiæ impedimento fuerit absolutus: *Barbos. d. loco. num. 6.* *Idem lib. 1. jur. Ecclesiast. Univ. cap. 15. num. 15.*

16 *Vicarium* tamen etiam eligere potest Episcopus *Laicum*, si jurisdictionem habeat temporalem, cuius is est capax; *c. 2. de judic. aut Papæ adsit licentia, aut urgeat necessitas.* *Vallenf. in par. ad h. tit. §. 3. num. 2.*

Assessorem tamen etiam eligere potest Episcopus, *Abbas, Felini & alii in c. de his. c. decernimus. de judic.* Quia ejus officium est tantum consulere. *Felin. Dec. ad d. c. decernimus.*

Potest etiam, secundum opinionem Barbosa *dd. locis.* Religiosus, consentiente tamen Abbatore aut Superiore, creari ab Episcopo *Vicarius*, modò sit legitimus nec ordinis Mendicantium. *Machado* *perfetto confess. tom. 2. part. 3. tratt. 2. docum. 2.*

17 Tenetur sibi *Episcopus*, secundum Boer. *decif. 348. num. 6.* Hieron. *Gabriel. conf. 32. num. 22. lib. 2. Sbroz. de offic. Vicarii. lib. I. qu. 46.* *A. Inflit. moral. part. 2. num. 3. cap. 29. quest. 3. vers. quo loco.* propter occupationes ingentes, in quibus veratur Episcopale regimen, & animarum cura, quæ, quominus per se ipsum, et si diligentissimus, propter dioeceses amplas & diffusas, impediunt ut vacet; *constitueret Vicarium.* Si id agere negligat, supplere debet Metropolitanus seu Archiepiscopus; quo deficiente cum eoget Suffraganeus. *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16.* *Vallenf. in par. Decret. ad hunc tit. §. 2. num. 3.*

Contrarium tamen, ut dicit Barbosa *d. lib. I. jur. Ecclesiast. Univ. cap. 15. num. 18.* decidit Rota Romana. *apud Puteum. decif. 43. lib. 2. Mbed. decif. 4. de offic. Vicarii. Aloys. Riccius in collect. decif. part. 5. cap. 1605. 8.*

1605. & fuit dictum in Calaguritana fructuum. 18. Martii 1583. coram
Bubalo. & in Viterbiens. & Tuscanen. Vicariis 3. Martii 1617.

Constitui potest Vicarius tripliciter: vel in Temporalibus tan-18
tum, vel in Spiritualibus & Temporalibus simul.

Qui constitutus ad Spiritualia, potest excommunicare, suspendere, interdicere, Sacra menta conferre, beneficia visitare, corriger, aliisque familiae. *Eius fit mentio in c. 3. de tempor. ordin. in 6. & c. 4. de offic. Ordin.*

Qui constitutus in temporalibus ejus consistit administratio vel in, vel extra judicium.

Qui constitutus in temporalibus & spiritualibus simul, Vicarius Generalis Episcopi appellatur in c. fin. eod. in 6. creare que debet cum expressione spiritualium & temporalium simul: alioquin non esset generalis: c. si Episcopus. c. Ecclesiae de supplend. neglig. Prælat. in 6. ut nec si simpliciter administrandi concederetur potestas: Rebuff. in præxibene-
tit. de forma Vicariatus Archiepiscopi. nec si constitueretur in aliqua speciali diocesis parte, etiam in ipsa Civitate, in qua residet Episcopus; sed diceretur Foraneus & Delegatus. *Vallenf. in par. ad h. t. §. 4.*

Potest Episcopus unum vel plures constituere Vicarios, si id fuerit 19
aut consuetudine recepta, aut id agatur expresse ut constituantur plures prout plures constituti expedit, quando Episcopus in diversis territoriis suam habeat diocesim. Alioqui per simplicem constitutionem secundire revocari censetur prior. *Dd. ad cap. Clericos. b. t. Vallenf. d. loc. n. 2.*

Potest etiam Episcopus constituerre unum Vicarium Generalem, qui ejus vices ordinarias gerat in tota diocesi, & jus dicat in loco ac tribunali, in quo jus dicere consuevit ipse Ordinarius: *Sánchez. de matrim. lib. 3. diff. 29. qu. 1. & alium constituere in aliqua certa parte diocesis extra civitatem Episcopalem. Qui proinde vocatur Foraneus. Vallenf. d. loco. num. 3.*

Vicarius Generalis in Ecclesiastica dignitate est constitutus, dici-20
turque Prælatus: *ut per Pavin. in tract. de officio & potest. Capit. Sede va-
cante. part. 2. qu. 10. num. 6. vers. an autem Vicarius. Fusc. de visitat. lib.
1. cap. 15. num. 32. Anton. de Pratis. in tract. de Jurisdiction. Episc. cap. 6.
num. 6. debethonorari ut Episcopus, & illius coruscat radius sicut uxor
mari-*

*Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G IV.

32

mariti; *Valenzuel. conf. 101.* nomine venit Episcopi; eo ipso quod constituitur, in spiritualibus & temporalibus censetur creatus: *Idem confil. 192. num. 9. & 10.* Habet enim rerum Ecclesiasticarum jurisdictionem; c. non putamus junct. *Gloss. verb. videatur de consuetud. in 6. c. Romana. in princ. de appellat. in 6.* Et est judex Ordinarius in dioecesi: *Valenzuel. conf. 121. num. 13.* proptereaque Papæ potest esse Delegatus; *Gloss. verb. delegatus in Clem. 2. de rescript. ubi Zabarell. num. 22. & Imol. num. 18. Sbroz. lib. 2. quest. 22. a princ. ac gratiarum beneficialium quo expediuntur in Romana Curia Executor, Sbroz. d. lib. 2. qu. 23. num. 6. Flores de Mena variar. lib. 1. qu. 4. num. 6. & Conservator, Cochier. de Jurisdic. Ordin. in exemptos. part. I. quest. 39. num. 4. etiam si sit Vicarius Episcopi Electi & Confirmati quidem, sed nondum Consecrati; *Gloss. verb. Episcopi. in d. Clem. & si principalis. de rescript. Sbroz. d. lib. 2. quest. 23. num. 4. Sanchez. de matrim. lib. 8. disput. 27. num. 35. Massob. de Synodo Episcopi. cap. 4. dub. 13. num. 15. electus à Capitulo Sede vacante; Gloss. d. verb. Episcopi. Sanchez. d. disput. 27. num. 32. Flores de Mena d. qu. 4. num. 11.**

21 *Vicarius Foraneus dignitatem non habet; Vallen. d. loco & num. non potest esse Pontificis Summi Delegatus, Flores de Mena d. quest. 4. num. 6. nisi illi fieret delegatio ex certa Summi Pontificis scientia, aut alicuius dignitatis respectu. Sbroz. d. quest. 23. num. 9. & 10. Barbosa. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 15. num. 29.*

Nec etiam Pontificis Delegatus esse potest *Vicarius nominatus ab Inferiore Prælato* dignitatem Episcopalem & jurisdictionem ordinariam habente: Nec enim i fisis ab Apostolica Sede delegantur causæ, nec ab Ea sunt gratiarum beneficialium Executores. d. *Gloss. verb. Episcopi. in Clem. 2. de rescript. Sbroz. d. qu. 23. num. 8. Barbosa d. loco num. 29.*

22 *Diximus supra, non tantum Episcopum eo in loco, in quo Sedem habet, constitui posse *Vicarium* cum ordinaria potestate unum. Sbroz. de Vicario Episcopi. lib. 1. qu. 28. num. 7. & quest. 69. num. 2. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 11. Campan. de diversi. jur. Canon. rub. 11. cap. 23. num. 150. vers. insuper qui. sed &, ut causarum consulatur expeditioni, plures. c. quoniam in plerisq. 14. de offic. Ordin. Clem. & si principalis. junct. *Gloss. & ibi Cardin. an. 3. de rescript. Zerola. in praxi Episcop.* part. 1.*

part. i. verb. *Vicarius in princ.* *Ugolin.* de offic. & potest. *Episc.* cap. 4. §. 6.
num. 4. Quo casu, si Delegatio simpliciter facta Vicario seu Officiali,
principaliori censetur facta commissio. *Gloss.* verb. *substitutum*. in c. quo-
niam *Abbas*. 14. de offic. deleg. *Gloss.* verb. *principalis*. in *Clem.* eis principi-
palis. 4. de rescript. *Pavin.* de potest. *Capit.* Sede vacante. part. 2. princ. qu.
10. num. 3. in fine. *Sbroz.* lib. 2. quest. 62. num. 3. *Barbos.* d. loc. num. 32.

Quod si plures Vicarii constituti æquè sint principales; cui ex il-
lis, simpliciter facta Delegatione à Papa, competat, in rescriptis conten-
tiosis, causæ cognitio non convenit inter Canonistas: *Gloss.* in d.c. quo-
niam *Abbas*. verb. *substitutum* dicit ei quem elegerit Actor: *Beroj.* ibi-
dem num. 77. dicit omnibus simul: *Hofstiens.* Joan. Andr. Cardin. Imol.
ind.c. quoniam. & *Tyraquell.* de jur. primogen. quest. 17. opin. 6. num.
13. ei tantum quem elegerit Papa: quæ sententia communior. *Squil-*
lante de privileg. *Clericor.* cap. 2. num. 201. vers. alii *Sanchez.* de matrim.
lib. 8. diss. 27. num. 37. In rescriptis vero, non contentiosis, ut commissi-
onibus, dispensationibus, Judex erit Vicarius Ille, cui rescripta presen-
tata. *Gloss.* in d. verb. *substitutum*. *Bonaçina* de legib. discept. I. quest. 3.
puncto 8. §. 1. num. II. *Sanchez.* d. num. 37. *Barbos.* d. lib. & cap. num. 33.

Porro Episcoporum Vicarii generales immediate post Episcopos
debent sedere, accedere, & omnes de Capitulo præcedere, nec contra-
rium consuetudine induci potest. *Abbas* conf. 21. cum seq. fuit à me qua-
suum per tot. vol. I. *Felin.* in rubr. de majorit. & obed. num. 10. circa fin. *Sta-*
phil. de mod. & form. impetr. §. transfo nunc. 12. *Rota* de offic. Vicarii dec.
I. num. 5. in not. & divers. decif. 200. num. 4. part. I. *Leo* dicto loco. num. II.

Ergo (sion ut Canonici assistant; alias secus; *Sacra Congreg.* 23
sub die 8. Martii & 3. Augusti 1615.) præcedunt Canonicos & digni-
tates omnes, etiam in Ecclesia, *Sbroz.* d. lib. 2. qu. 25. num. 4. *Valenz.*
conf. 101. num. 59. & 66. Archidiaconos tam in choro, quam extra,
Sbroz. d. lib. 2. qu. 25. a. num. I. *Valenz.* d. confil. 101. num. 59. & 61.
Sacra Congreg. Cardin. in una Theatina. 6. Julii 1618. Commissarios, &
Potestates, ac judices temporales sue Dioecesis omnes: *Sacra Congreg.*
Rituum in una Nucerina Safforaten. 27. Februarii 1610. absentibus
Episcopis eis in Choro, dum divina celebrantur officia ab omnibus Ca-
nonicis, etiam exemptis, ratione Subcollectoriarum aut alia, debetur re-
veren-

Corvinus
De Personis
De rebus Ecclesiasticis

G IV.

32

226 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

verentia. *Sacra Congreg. Rituum. in una Cathacen. 11. Novembr. 1614*
Ipsis Candela & Palma ante Canonicos & Dignitates, iis qui Episcopos
in Sede Episcopali existentibus, cum paramentis assistunt, exceptis; di-
ri debent. *Sacr. Rituum Congreg. sub die 10. Aprilis 1604.*

24 *Vicariorum Generalium Episcoporum potestas an si ordinaria, an
delegata disputant Canonista. Goffredus in summ. b.t. quest. 1. vult eis
delegatam. Primo; Eò quod jurisdictio Eorum morte finiatur Epis-
coporum, sicut jurisdictio quorumcunque Delegatorum rebus inter-
nis fruitur morte Delegantium: c. gratum. c. relatum. c. licet undi-
offic. deleg. Secundo; Quod Episcoporum gerant vices: c. Romana
in princ. de appellat. in 6. sicut Delegati Delegantium funguntur vicibus
l. 1. §. qui mandatam ff. de officio ejus cui mand. jurisd. l. solet ff. de juris-
dict. omn. judic. cum tamen jurisdictio Ordinaria, concedentibus morti-
is, adhuc remaneat; & Ordinarius utatur jurisdictione propria; & de-
nique cum jurisdictio Ordinaria nequeat concedi ab Episcopis, ut pat-
ex can. a Judicibus. 26. qu. 6. l. & quia ff. de jurisdict. Gloss. & cap. 2. vir-
bo statuitur. Ne Praelat. vices suas vel Eccles. sub anno censu concil.
Videtur tamen nihilominus verius, Episcoporum Vicarios, nempe
Principales, jurisdictionem habere ordinariam, ut habent Episcopi,
quorum gerunt vices; ut docent Sanchez. de matrim. lib. 3. disput. 24.
Glossa in c. licet. in V. Officiale. ord. in 6. & in can. per leffis. dist. 25. Di-
in d. c. quoniam in plerisq. de offic. Ordin. Quia eti constituantur, seu no-
minantur, & designantur ab Episcopis, non tamen ab eis, sed ab ipso
canone & jure accipiunt jurisdictionem, ut constat ex c. 2. eod. in 6. ac pro-
inde ordinariam. d. c. à Judicibus. Confirmatur ex eo, quod, ut dis-
tum, Episcopi & Vicarii idem sit tribunal & jurisdictio eadem; d. c.
Romana. & d. c. 2. & ibi Interpret. de consuetud. in 6. & propterea, licet
Delegato appelleretur ad Delegantem, c. super questionum. §. porro. de offic.
deleg. tamen ab Episcopi Vicario seu Officiali in iis, in quibus est Ordin-
arius, non appellatur ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum: d. c. Ro-
mana. & d. c. 2. de consuet. in 6. né videatur ab eodem appellari ad eum-
dem. Nec refragantur ea quæ adferuntur in contrarium: Quia Juris-
dictio Vicarii idem extinguitur Episcopi morte; quia Jurisdictioni illi-
us adhæret tanquam accessoria, & sic gerit Episcopi vicem: utramen-
non*

non ab eo, sed à jure accipiat jurisdictionem, & cum Episcopo constituat tribunal idem, non diversum; prout Delegatus à Delegante à quo jurisdictionem haber suam.

Et ideo recte à Delegato provocatur ad Delegantem, sicut & ab Archidiacono, aliisque inferioribus Prælatis, ad Episcopum, non autem Archiepiscopum.

Recte etiam ab Episcopi *Vicario* appellatur ad Episcopum, quoad ea, in quibus Ipsius est delegatus; velut quando illi divisim & scorsim ab institutione aliquos committit casus. *Sanchez. d. disput. 29. qu. 1. Vallen. ad hunc tit. §. 5. num. 3.*

Quod autem diximus *Vicario generali ordinariam tribui jurisdictionem*, hoc procedit, quoad cauſarum universitatem, nam inquirendi, corrigendi, recessus puniendi, & à beneficiis, officiis, vel administratiōnibus, amovendi, non tribuitur potestas; nisi committantur specialementer; c. lice. hoc tit. in 6. & quamvis facultas conferendi illi videatur concessa, c. ex frequentibus. cum *Gloss. in verbo Officialium. ibi qui possint institutore vice Episcoporum. de institut.* tamen procedit solum in institutione, quam facere potuit. Quia cum à prefentantibus dependeat voluntate, & necessitatibus sit instituere, facienda expresse; *Abbas in d. c. ex frequentibus. num. 7. & 8. de institut.*

Sed ut intelligantur hæc omnia, accuratius repetimus & dicimus *Vicarii Generalis* auctoritatem partim pendere à jure communi, licet ab Episcopo eligatur persona; *Valenzuel. d. cons. 101. num. 43.* partim à commissione *Episcopi.*

Imo videtur potestatem, quam solent Episcopi suis Vicariis generalibus concedere, limitare jus Commune.

Solent enim Episcopi, *Vicariis suis, vicis ipsorum gesturis, præter* 26 cauſarum cognitionem, & excessuum correctionem, dispensationem, absolutionem, examinationem, & approbationem, auctoritatis Episcopalis interpositionem; & his similia alia voluntariae jurisdictionis concedere: ita ut dici possint animarum habere curam; *secundam Gloss. inc. super eo. de probab. in 6. & in c. tua nobis. hoc tit. & in c. dudum. de elect.* & regulariter posse omnia exercere, quæ possunt ipsi Episcopi;

Ff 2 & pa-

*Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G IV.

32

& pariter ut ipsi videantur honorandi Episcopi. can. præcipiuſ. dift. 33
Roman. ſing. 362. & Rebuff. in praxi benefic. de Vicar. Episcopi. num. 7

Sed Jus commune diſpoſuit in generali hac confeſſione quedam omnino non comprehendi, nec permitti Vicariis, in iis vices gerere Episcoporum, niſi concedantur ſpecialiter. Gloff. in c. pen. de hoc tit. Barb. d. loco num. 19.

Qualia funt; 1. Chriſma confiſcere: c. de his. c. manus quo de confeſrat. dift. 5. & c. un. 9. per frontis. de ſacra unit. 2. Eccleſias & altaria confeſſare: 3. Calices benedicere: c. quamvis. dift. 68. d. un. 9. fin. 4. Oleum ſanctum die œnæ Dominiſca confiſcere: d. un. verſ. manus Episcopi. Rebuff. d. loc. num. 40. 5. Ordines; c. quamvis. dift. 68. Gloff. 1. in c. quia periculum de ſentent. excommunic. 6. Et beneficia conferre; c. ult. hoc tit. in 6. 7. Supprimere: Barb. d. loc. num. 20. 8. Unio: 9. Uniones revocare: 10. Eccleſiam diuidere: 11. Rectoribus Eccleſiarum imperitus, Coadjutoris Vicarios deputare: 12. Jus patronatus ex cauſa donationis, fundationis, vel constructionis aliqui reſervare: 13. Jurispatronatus donatione decerum ſeu auſtoritatem interponere: 14. Novas parochias erigere: 15. Pensions ſupra beneficiis imponere: 16. Eccleſia Oeconomum inſtituere: 17. A beneficiis, officiis, administrationibus, ordine, aliquos amovere: 18. Creatione dignitatis factæ auſtoritatem interponere: 19. Novum in Eccleſia beneficium creare: 20. Ad beneficium juris patronatus, pertinens ad Episcopi præſentationem aliquem præſentare: 21. Eccleſias vetuſtate collapſas, in matrīces vel viciniores Eccleſias alias transferre: 22. De hæresi crime cognoscere: 23. Publicas penitentias imponere: 24. Publicè penitentes reconciliare: 25. Voluntatem pueræ habitum fuſcipere regularē, aut emittere profeſſionis votum volentis, explorare: 26. Legata monaſterii adiſificationi aſſenſum & auſtoritatem interponere: 27. Indulgentias concedere: 28. Confessionis audiendæ licentiam largiri: 29. Dioceſin visitare: 30. Synodum congregare: 31. Defunctorum voluntates pias exequi: 32. In rerum Eccleſiaſticorum alienarioribus, transactionibus decretum interponere: 33. De reſtitutionis in integrum cauſa diſceptare: 34. Ut Metropolitanus,

omilis

omisso articulo appellationis, in principali negotio cognoscet, consen-
tire: 35. De Episcopis specialiter commissis seu delegatis cognoscere:
36. Exempla ex originalibus desumpta authenticare: 37. De caussis
feudalibus cognoscere: 38. Repressalias concedere: 39. Pro de-
perditis rebus ad revelationis finem excommunicare: 40. Clerico-
rum bona confiscare: 41. Corporales in pecuniarias poenas conver-
tere: 42. Dispensare: 43. Charitatium subfidiū imponere &
exigere; Barboſa d. loco & num. 44. Literas dimissorias Clericis dare;
nisi Episcopi degant in remotis; c. cum nullus ubi Glosſ. de tempor. ordin.
in 6. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 12. qu. 21. Guitier. Can. lib. 2. cap. 17. num.
20. Zerola in praxi Episcop. part. 2. verb. Vicarius. §. 4. Piaſec. in prax.
Epif. part. 1. cap. 1. num. 13. Azor. Instit. Morat. lib. 13. cap. 45. qu. 7.
Barboſa de offic. & potest. Epif. part. 2. all. 7. num. 9. 45. Excessus ali-
quorum inquirere, corrigere, punire; c. 2. hic. in 6. Ugolin. de offic.
Epif. cap. 4. §. 7. verf. 7. inquirere. Sbroz. lib. 2. queſt. 142. Barboſa d.
trat. part. 3. alleg. 54. num. 117. 46. A beneficiis, officiis vel admini-
strationibus, aut ab Ordine aliquos amovere, seu deponere; c. licet. hoc
tit. in 6. Sbroz. d. lib. 2. queſt. 111. num. 7. & queſt. 130. num. 4. & queſt.
155. Concil. Trident. ſeff. 13. de reform. cap. 4. 47. In caſibus Sedi
Apoſtolicæ reservatis, Episcopis tamen permiffis, dispensare; Concil.
Trident. ſeff. 4. de reform. cap. 6. Sbroz. d. lib. 2. qu. 19. num. 2. & qu. 39.
num. 1. & qu. 180. num. 2. & qu. 184. num. 1. Barboſa d. part. 2. alleg. 59.
num. 10. 48. A caſibus Episcopis reservatis absolvere; c. pen. de pa-
nit. & remiſſion. in 6. Gallo. in margarita c. quidum Conſcient. verb. Vicari-
us pen. Barboſa d. part. 3. alleg. 54. num. 116. 49. Denique in his omni-
bus speciale videtur requiri mandatum, que in commiſſione generali
veriſimile non eſt permifſe Episcopos. arg. c. cum in generali. hic, in 6.
& d. c. pen. Barboſa d. lib. 1. jur. Eccleſiaſt. univ. cap. 15. num. 27.

Nec tamen neceſſe Vicarium nominati in conceſſione omnes
hujusmodi caſus exprimere, ſed ſufficit aliquorum facere mentionem,
additā Claſula generali; & ad omnia alia, etiamſi exigant mandatum ſpo-
tiale. c. qui ad agendum. §. ſed ſi aliquis. de procur. in 6. Glosſ. ult. in c. licet.
hoc tit. in 6. Sbroz. lib. 1. qu. 65. num. 5. Barboſa de off. & potest. Epif. d.
alleg. 14. num. 124. & d. lib. & cap. jur. Eccleſiaſt. univ. num. 25. Leo d. loc.
num. 14. in fin.

Ff 3

Alias

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

Alias Vicario Episcopi Generali, ut amplam possit habere jurisdictionem conferendi, & omnia exercendi, quæ in tribunalii Episcopali deber exercere, est in litteris Vicariatus tribuenda Plena & omnimodo facultas & potestas Ecclesian Cathedralem, & Diaconin, illiusq; membris castra, terras, villas, & alia quacunq; loca bona ac jura eidem spectantia. & pertinentia in spiritualibus & temporalibus, regendi, & gubernandi, ilisq; in divinis & aliis, prout decet, deserviendi, & deserviri, ac in eadem Ecclesia, civitate, & diaecesi verbum Dei Clero & Populo prædicare faciendi, & ubi, & quando, ac quoties, & cum quibus sibi videbitur: In quibusvis casibus, Ordinariis locorum à jure & Sacro Concilio Tridentino permisso, dispensandi, litteras dimissorias & commendatitias, & ad ordinem etiam Sacros in absentia Ipsius Episcopi, ut à quocunq; Episcopo Catholic gratiam & Sancta Sedi Apostolica communionem tenente, Iuscipliando servata ejusdem Sacri Concilii Tridentini forma licentiam dandi, & condendi, & ad ordines hujusmodi promoveri, ac beneficia Ecclesiastica obnere volentes, adhuc deputatis in Synodo Examinatoribus, aut alias prout fuerit juris, examinandi, vel examinari faciendi, ac de eorum vita & moribus inquirendi, & se informandi; indeq; juxta dicti Concilii decretorum dispositionem, idoneus admittendi, & insufficientes, ac alias inhabili reprobandi, Ecclesiamq; prædictam, omnesq; & singulas collegiatas, parochiales, aliasq; Ecclesiastas, & Collegia, & generaliter quacunq; beneficia Ecclesiastica, confraternitates, loca pia, nec non congregations, per Diaconum visitandi, reformandi; Ac omnia, ad hujusmodi visitationis officium pertinientia, etiam in vim decretorum ejusdem S. Concilii Tridentini, ut Sedis Apostolica Delegatus gerendi, exercendi, actam in capite, quam in membris reformandi, contra quoscunq; hereticos, ac de heresi suspectos, sortilegos, Simoniacos, sacrilegos, usurarios, adulteros, incestuosos, concubinarios, fornicatores, ac quofovis alios delinquentes, cujuscunq; status gradus, conditionis, vel ordinis existant, pro criminibus & delictis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet spectantibus & pertinentibus, inquirendi, procedendi, & contumaces, ac de jure punibiles ab omnibus eorum officiis, dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis, ad tempus, vel in perpetuum, prouidetur juri privandi, suspendendi, personaliter arrestandi, & carcerari faciendi, & generaliter servata formâ Concilii Tridentini, Sacrorum Canonum, D. erat

citorum Provincialium & Constitutionum Synodalium dispositione, corri-
gendi, excommunicandi, puniendi, & multandi: Casusq. Episcopales re-
servandi, & ab eisdem aliisq. casibus reservatis, ac à quibusvis Ecclesiastis
sententias, censuris, & panis, servata ejusdem Sacri Concilii Tridentini for-
mā, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, vel Subdelegatus absolvendi,
& eorundem Decretorum vigore procedendi; Synodos, & alias quaslibet
congregationes opportunas convocandi, celebrandi, & illis praesidendi,
causas, lites, & controversias, tam matrimoniales, beneficiales, ecclesiasticae,
profanae, civiles, criminales, quam mixtas cuiuscunq. generū & qualita-
tis existant, tam per viam simplicis querele, quam appellationis recursus,
nullitatis, seu alias quomodo libet ad forum Ecclesiasticum, tam ordinaria,
quam ex delegatione Apostolica, aut alias quovis modo spectantes, & perti-
nentes, cum omnibus illarum incidentibus, annexis, connexis, audiendi, co-
gnoscendi, decidendi, fineq. debito terminandi, pro tribunal sedendi, sen-
tentias tam interlocutorias, quam diffinitivas proferendi, & promulgandi,
easq. debitis executioni demandandi, excommunicationis, suspensionis, &
interdicti, aliasq. Ecclesiasticas sententias, censuras & panis, tam in personas,
conventus, capitula, collegia, & congregations, quam loca quacunq. ser-
vata ejusdem Concilii Tridentini formā, ac aliis, prout juris fuerit, profe-
rendi, infligendi, & publicandi, easq. excommunicandi, aggravandi, re-
agravandi, interdicendi, & auxilium secularis brachii invocandi ab ex-
cessibus, criminibus, delictis, sententiis, censuris, & panis quibuscunq. au-
toritate ordinaria, & ex ejusdem Sacri Concilii dispositione, delegata, quo-
scunq. simpliciter, vel ad cantelam, absolvendi, interdictum tollendi: Et
quascunq. panes moderandi, & in partem, aut in totum remittendi, & de
Apostolicis super quibusvis appellationibus respondendi electiones, presenta-
tiones & postulationes quarumq. personarum utriusq. sexus, ad Monasteria,
Prioratus, Praeposituras, Dignitates, Officia, & beneficia ecclesiastica cum
cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularia, servata ejus-
dem Concilii Tridentini in formā, approbandi, ac reprobandi, & presentan-
tos & approbatos instituendi, resignationes quorumcunq. beneficiorum, ho-
spitalium, & aliorum piorum locorum simpliciter, vel ex causa permutatio-
ne, aut jurium cessionis recipiendi, & admittendi, & beneficia quacunq.,
cum cura, vel sine cura, etiamq. canoniciatus & præbende, dignitates &

Vica-

Corvinus
De Personis
De nisi Ecclesiasticis

G. IV.

32

Vicarie, & cujuscunq; qualitatib; existentia, tam per resignationem hujusmodi, non tamen in favorem, quam ex causa permutationis, aut per obitum illa obtinentium, seu alia quavis occasione, vel causa vacantia & vacatura, ordinaria collationi spectantia, & pertinentia, quibuscunq; personis, servata ejusdem Concilii formâ, conferendi & providendi: Et pro augmento cultus divini, ubi fuerit opus, vigore eorundem decretorum Sacri Concilii Tridentini & alias, prout juris fuerit, uniendi, dismembrandi, & nova beneficia erigendi, ex causa foundationis, vel dotationis, ad formam predicti Sacri Concilii Tridentini jus patronatus, & presentandi, reservandi, beneficiaq; simplicia seminario puerorum, aut alias cui, & quibus, ac quando, & ubi opus fuerit, eadem Concilii Tridentini formâ, & juris dispositione servata, uniendi, applicandi, & incorporandi, ac eidem seminario Officiales, Rectores, & alias personas, pro illius recta administratione necessarias, deputandi, & deputari faciendi, & pro illius subventione & aliis necessariis subsistentiam, portionem fructuum quorumcunq; beneficiorum taxandi & applicandi, ac beneficiatos quoescunq; ad illorum solutionem cogendi & compellendi, cogiq; & compelli faciendi, eosq; quibus de canonicatibus & prebendis prorijum fuerit, in Canonicos & Fratres recipi, stallumq; in Chor. & locum in capitulo assignari, ipsose in corporalem, realem & actualem possessionem canonicatum, prebendarum, dignitatum, officiorum & beneficiorum, tam collatorum, quam unitorum, ponendi & induendi, seu ponere & induci faciendi: Fidelitatis, obedientie, & alia consueta juramenta, & servitia a Vasallis & Subditis, ac personis Ecclesiasticis, quibuscunq; prestari solitis, sibi prestari & exhiberi petendi & faciendi, illaq; recipiendi, de bonis feudalibus, prout juris fuerit, quoescunq; infeudandi, & alienata occupata, & illicite distracta quexcunq; ad ius & proprietatem Ecclesie redendi & reduci faciendi, ac caducitates declarandi, alienationes & permutations quorumcunq; bonorum Ecclesiasticorum in emphyteusia ad generationem tertiam, aut aliud tempus, vel ex causa permutationis Auctoritate Apostolica, vel alias in casibus a jure missis concessionem, in evidentem Ecclesie utilitatem, & non alias, laudandi, & approbandi, & in casu devolutionis nomine Ecclesie retinendi, aut, si sibi expedire videbitur, justitia suadente in utilitatem Ecclesie, Papae benplacito, quatenus opus sit, reservato, & non alias, aliter, nec also modo, etiam de novo infeudandi, seu concedendi: Rationis

tiones & computa quorūcumq; Administrorum, hospitalium, consistorium, & aliorum locorum plorū videndi, revidendi, examinandi, approbandi, & reprobandi, omniq; alia & singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi & exequendi, que in premissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, etiam si forent talia, quae mandatum exigent magis speciale, quam presentibus si expressum, cum ampio, libero, ac generali, & speciali administratione omniam & singulorum, quae in premissis occurrent, aut alias quomodo quolibet occurtere possent: Et si necesse fuerit, pro premissis omnibus & singulis, unum quoq; vel plures Vicarium, seu Vicarios & Locum tenentes, propter Illius absentiam, in ejus locum, alios qd; Foraneo loco sui substituendi, eumq; vel eos revocandi, toties, quories sibi placuerit & usum fuerit expedire. Hattenus d. loco d. num. 15. usq; ad 24.

Quibus Litteris Vicariatus adesse debent testes rogati; sine quibus, etiam signo Secretarii munitione, habentur pro scriptura privata & non probant. *I. instrumenta. I. rationes.* & ibi Paul. de Castro. num. 4. Cod. de probat. Quia cum collatio sine testibus sit prohibita & fidem non faciat; Rota decif. 1. num. 2. de probat. in nov. & Fastol. caus. ult. dub. ult. num. 8. & eadem ratione, qua probatur aliquid, censetur etiam prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud. *I. oratio.* & ibi Bald. ff. de sponsal. & Rebuff. pract. benef. de Vicario Episcopi. num. 13. Leo d. loco. num. 24.

Vicarii officium & Jurisdictionis multis modis deficit: *27*
Primum: Per mortem Episcopi; Gloss. in Clem. ult. de procurat. verb. confessata, etiam coepit causa: Specul. de officio ordin. §. 1. verb. Auditores. Gloss. in d. Clem. ult. & in c. 1. de offic. Vicarii. in 6. Qui a est prorsus idem tribunal utriusque, eademque persona utriusque estimatur. c. 2. decansuet. in 6. c. Roman. de appellat. in 6. Ideoque cessante tribunal Episcopi per eum morteni, cessat quoque tribunal Vicarii. *Valens.* in par. hic. §. 6. in princ. Barbosa d. lib. 1. & cap. num. 44. *Strein.* in sum. jur. Canon. part. 1. tit. 5. §. 2. num. 6.

Gesta tamen à Vicario, Episcopilongè distantis mortem ignorante, valent. secund. Barbosa d. alleg. 54. n. 151. & d. lib. & cap. & num. Exice Vicarium generalem Papæ: Hujus Potestas mortuo Papa non expirat. Barb. in sui nobis. de offic. Vicar. *Strein.* d. loco.

Corvinus
De Personis
De nisi Ecclesiasticis

G IV.

32

Secundo: Si Episcopus fuerit majore excommunicatione notam & publicè denuntiatus; Nam in tali eventu, quamvis retineat jurisdictionem, tamen eam exercere non potest. c. 1. cod. in 6. G. l. off. in p. Clem. ult. de procurat. Abb. inc. licet undiq. de off. deleg. num. 6. Zerola in prax. Episc. voce Vicarius. per c. Romana. & ibi G. l. off. in verb. ipsi. hoc tit. in 6. Rebuff. prax. benef. in for. vicarius. num. 2. 1. 7. Mara 4. par. dist. 1. num. 7. 5. Sylvatract. de benef. 2. part. 1. 4. num. 4. Quia sicut per hujusmodi excommunicationem suspenditur Episcopi iurisdictio; c. ad probandum 2. 4. de re judic. ita similiter suspenditur Vicarii ejus iurisdictio, cum accessoria sit, & idem Auditorium utriusque reputetur. fac. c. 1. cessorum. 4. 2. de reg. jur. in 6.

Teriti; Per Episcopi revocationem; Nam si mediante Episcop nominatione V. carius ordinatiam à Lege consequatur jurisdictionem ut supra ostendimus; ita etiam contraria ejus Episcopi voluntate tollitur, & revocatur; Res enim per quasunque causas hancit, per easdem dissolvitur. c. I. omnia res ed. in 6. Sbroz. lib. 3. qu. 6. num. 7. & qu. 17. num. 5. vers. secundo adducitur. Azor. Inst. moral. lib. 3. cap. 45. qu. 14. Barbosa ad loc. num. 44.

Quod obtineret, sicut Episcopus, juraverit se cum nunquam revocaturum. Sive in d. loco num. 8. Sylvest. in sum. verb. Vicarius Episcop. vers. Septimum. arg. c. dilecto. de proband.

Debet tamen revocatio ei significari; alioquin si eam ignoret, valet per cum gesta, donec ei innoscatur. Quia etiam si adit communis error revocationis, gesta per illum, etiam revocationis conscientia valebunt; Arg. l. Barbarius 3. ff. de offic. Prator. in qua non attendunt ignorantia privata, ut gesta valeant, sed communis. Vallen s.d. loco n. 3.

28 Ad Syndicatum non tenetur Vicarius Episcopi, ut exp̄ se decl̄
xavii Gregor. XIII. testante Marc. Anton. Genuens. in prax. Archig.
Neapol. cap. 58. in edit. noviss. Anton. Novar. in summa Bullarii tit. de
Syndicatu Vicarii super Bulla Gregorii XIII. pag. 564. Si vero delin-

quendo in officio Metropolitani offendat jurisdictionem; veluti, si appellationia ad eum legitime enausse ferre nolit, velejus spernat inhibitionem; tunc enim censura Ecclesiastica eum coercere potest Archiepiscopus. *text. in d. c. 1. hoc tit. in 6. & d. c. Romana. in princ. de appellation.*
Si deliquerit in officio simpliciter in præjudicium partium, & iustitiae cognitio & punitio ad ipsum pertinet Episcopum: ut cuivis Magistratus concessa à Jure facultas coercendi Officialem suum, appellatio remota omni. *l. nulli Officium. C. quomodo appell. non recip. registrata per Grattan. incan. ei qui appellat. s. nulli quoq; 2. quaf. 6. Later. de rebene. lib. 1. qu. 22. num. 100. cum seq. Barbos. d. lib. 1. Eccles. jur. uniu. cap. 15. num. 45.*

Dicitur Vicario Episcopi salarium, licet de eo non convenerit; *29*
Rota apud Marches in. de commission. part. 1. pag. 1192. Nam regulariter salarium non conventum judicis officio peripoteft. *Mohedan. decif. 4. num. 1. de offic. Vicarii. Jean. Bapt. Magon. de recta patroc. rat. cap. 8. num. 3. Barbos. d. loc. num. 46.*

TITULUS XXVI.

De Officio & Potestate Capituli Sede vacante.

SUMMARIA.

1. Continuatio.
2. Sedes vacans quando.
3. Jurisdictionem tum habet Capitulum. *Et num. 14. & 15.*
4. An tenetur constituere mio Vicarium. Intra qua tempora.
5. Jurisdiction. administratio penes illud interim.
6. An potest purgare moram.
7. Eligere debet unum.
8. Qualem. *Et num. 10.*
9. An necesse, ut sit de gre-
atate maturus.
10. Sit re ipsa doctus, *Et*
11. Electi potestatem limi-
tare potest Capitulum.
12. Quam-

Gg 2

12. Quam-

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

236 ARNOLD. CORVIN. De Person. Ecclesiast.

12. *Quamdiu ea durat.*
13. *Unde Vicario statuendum* *salarium.*
14. 15. *Jura Episcopalia* *omnia per Vicarium ex-* *ercent in Capitulum.*
16. *Non qua delegata Epi-* *scopo.*
17. *An dat literas dimis-* *sorias.*
18. *An idoneitatis testi-* *monia & alia.*
19. *Potest in beneficiis ar-* *ctatis dare Dimissorias.*
20. *Ea per Electionem Epi-* *scopi non expirant.*
21. *An desideretur special-* *mandatum.*
22. *Quid si Capitulum ea* *concesserit in casibus non* *permisis.*
23. *A Capitulo mortuo* *Episcopo nihil innovan-* *dum.*
24. *Capitulum an Incretur* *fructus.*
25. *Eius potestas quando* *expiret.*
26. *Dicta intelligenda de* *Capitulo Ecclesia Catho-* *dralis.*

Quia non tantum constituitur *Vicarius Generalis* ab *Episcopo*, sed & *Sede* morte *Episcopi*, depositione, translatione, a iave ratione alia vacante; præcedenti titulo subsecutus hunc, & ea arreptâ occasione tractabimus de de *Officio & po-* *testate omni, quam dicto casu habet Capitulum.* Porestatem quamha- *bet Capitulum Sede non vacante explicaturi* alio loco; nempe ubi de *Canonice erimus tractaturi.*

2. *Sedes vacans* dicitur, ut *Ariaceni Concilii can. 16.* *ex Actis* *canoniza*, Ecclesia vacans, Ecclesia vidiata, in collatione Carthagin. *cap. 185.* & vacans mulier in l. 5. §. ult. ff. ad leg. *Ful. de vi publ. pro-* *mpta, p. 7 etiam apud*, in Basiliis libro 60. tit. 18. id est, quæ est, defi- *ruta Pralato & Defensore legitimo: & licet Episcopo defuncto Eccle-* *sia vidiata curam gerere debet Episcopus vicinus, ex can. 6. Concil.* *Regiom.*

Regis, visum tamen est consultius, ut vacante Sede Episcopi jura manerent intemerata. *Mauriz. in scelit. Jur. Canon. lib. I. tit. Ne sede vacant. alio. innov. in princ.*

Vacante ergo Sede, Episcopo in spirituali & temporali jurisdictione succedit *Capitulum. c. si Episcopus. c. fin. de supplend. neglig. Prelat. c. un. de majorit. & obed. in 6. Graff. decis. aur. cap. 15. part. 1. lib. 4. Leo in tbs. soni Eccles. part. 1. cap. 10. de Vicar. num. 7.* hoc hic est Canonum Ecclesiae Cathedralis corpus seu Collegium; Estque veluti Senatorius quidam Ecclesiae: *ut innuit Hieron. in c. Ecclesie. 16. qu. 1. Duaren. lib. 1. de Sacris Eccles. ministr. cap. 18. Columna in tract. de Eccles. reddit. virg. part. 2. cap. 15. num. 8.*

Hoc de Jure Communione tenetur vacante sede constituere Vicarium, sed per se potest exercere jurisdictionem; *Felin. in c. olim. de major. & obed. num. 4. Sbroz. de Vicario Episcopi. lib. I. qu. 16. num. 16. Abb. inc. irrefragabilis. de offic. ord. Quaranta in verb. Capitulum Sede vacante. num. 2. Barbos. lib. 1. iur. Eccles. un. cap. 32. num. 28. & tract. de Canonie. & Dignit. cap. 42. num. 27. Leo d. loco. & num. Zypaus in Enarrat. Jur. Pontif. Nov. tit. Ne Sede vacante &c.* Hodie ex Sacri Concilii Tridentini dispositione tentetur intra octiduum, à die scientiae vacationis numerandum, *ex Congreg. Conc. Quar. V. cap. 12. Zypaus d. loco. in princ.* Vicarium vel constitucere, vel constitutum confirmare, alias deputatio illius devolvitur ad Metropolitanum; & si Metropolitana Sedes vacet, ad Suffraganeum antiquorem, vel si Episcopatus sit exemplus, ad Ordinarium vicinorem. *Concil. Trident. cap. 16. de reform. sess. 24. Leo d. loco. & num. Cardosa in praxi Judic. verb. Capitulum. 3. Rague. de voce Canon. qu. 37. Garcias de benef. part. 5. cap. 7. num. 6. Barbosa d. lib. & cap. jur. Eccles. un. num. 28. & d. tract. de Canon. n. 28.*

In cuiusmodi Vicarii electione, secundum dictum *Garciam d. c. 7. num. 22. quem refert Barbosa ad. locu. non necesse, ut servetur forma electionis praescripta per Concilium Tridentinum sess. 25. de regul. cap. 6. post cap. quia propter. de elect.* Quia est plurimum temporalis & momentaneus; & Concilium in d. cap. 16. de reform. sess. 24, non loquitur de electione, sed de constitutione. *Marcel. Vulpe in praxi. Judic. Eccles. cap. 44. num. 1.*

*Corvinus
De Personis
Sedis Ecclesiasticae*

G. IV.

32

5 Electio intra octiduum nondum facta interim Jurisdictionis administratio penes totum residet Capitulum. secundum Zerolam in praxi Episcop. part. I. verb. Capitulum. §. 3. Quarant. in sam. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante. §. duodecimo quero. vers. primo. Alois. Ricci. in praxi rer. fori Eccles. post resolut. 505. in notab. de materia Vicarii à Capitulo Sede vacante. vers. primo. & in decif. Curie. Archiepisc. Neapol. decif. 305. num. 3. part. 4. Barbosam dd. locis. Sacram Congregat. Concil. sub du 19. Septembris 1620.

6 Lapsi octiduo moram purgare potest Capitulum; dummodo Metropolitanus non coepit adinovere manum, & Capituli supplevit negligentiam, quod ei mandat Concilium. Garc. d. loc. num. 6. & 7. Quemadmodum generatim est permisum purgare moram. c. ult. verbis, celeri satisfactione. de locato. l. & si post tres. 8. ff. si quis caution. l. fuls. 84. ff. de verb. obligat. Zypaus d. loco.

7 Eligi, assignato competenti salario, S. Congreg. sub die 15. Octobris 1601. debet Vicarius unus, nisi secus permittat consuetudo, praesertim immemorialis. Quarant. ubi supra. vers. nond dubitatur. Ricci in decif. Archiepisc. Neapol. decif. 193. part. 4. Sacr. Congreg. Concilii Salernitanus 26. Julii 1589. & in Panormitanus 31. Maii 1592. Barbos. d. loco. jur. univ. num. 33. & loc. tract. de Canon. num. 34. Zypaus d. loco.

Si alioquin per Canonicorum discordiam eligantur plures, magis idoneus, habens qualitates per Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 16. requisitas, ceteris remotis manere debet. Quarant. d. loco. vers. secundo dubitatur. Riccius post d. resolut. 505. vers. secundo. Garcias d. loco num. 23. ubi refert sic censuisse Sacram Congregationem. Barbos. dd. locis. Zypaus d. loco. Barbos a Apostol. Decif. collect. 616. num. 9.

8 Debet esse Doctor, aut Licentiatus, non in Theologia, Sacr. Congreg. sub die 28. Augusti 1621. sed in jure Canonico; Barbos. d. collect. 4. & in tract. de canon. d. loco. num. 53. creatus in Universitate aliqua, non à persona privata; Sacr. Congreg. sub die Septemb. 19. Anno 1620. Aldan. in compend. canonice. resolut. lib. I. tit. 43.

9 Non requiritur necessarium, ut sit de gremio Capituli; si tamen in eo reperiatur idoneus, ceteris paribus est preferendum. Sacr. Rit. Congreg. apud Garciam d. loco & n. 13. Barbos. d. collect. n. 5. Zypaus d. loco. Porcelli

Potest tamen Capitulum, si in eo non sit Doctor aut Licentiatus, eligere alium, quantum fieri potest, idoneum: *Sacra Congreg. referente Garcia. d. loc. num. 12. Barbos. d. collect. num. 3.* eique in actu deputatus dare consultorem Doctorem, ut decrevit Leo X. teste *Zypao d. loco.* Alioquin in casibus, quibus ei opus erit, sibi poterit ipse Vicarius eligere consultorem Doctorem sibi bene visum, partibus non suspectum: *Sborz. de officio Vicarii lib. I. qu. 36. num. 13. Quaranta d. verbo Capitulum Sede vacante. num. 3. in fine. Riccius post d. resolut. 505. in notab. de materna Vicarii. num. 4. vers. Capitulum.* Debet enim secundum Leonem X. teste *Zypao d. loco.* judex electus non Jurisperitus sibi assumere Jurisconsultum.

Non sufficit, secundum dictum Concilium Tridentinum, d. cap. 16. 10 esse electum, testimonio Academiae publico graduatum, sed requiritur, ut sit, non titulo, sed re ipsa doctus; adeoque & aetate maturus, nec tantum annorum viginti duorum, ut in dignitatibus minoribus: sed falso etiam aetate praeditus, que ad Sacerdotium curamque requiritur animalium: & forte non absone quis exegerit aetatem annorum triginta, ut in Episcopo, cuius Jurisdictione fungitur vicaria: *Clem. un. de offic. vicarii. vide Zypao d. loc. vers. Idoneum.*

Electione Vicarii Capitularis intra octiduum a Capitulo facta post testillud in commissione ejus præfigere & tempus & modum procedendi, (non postea) cum enim ejus Jurisdictione dependeat ab ipso Capitulo, eaque apud illud residat principaliter,) eam ampliare, restringere, *Pavina. de offic. & potest. Capit. Sede vacante. part. 2. qu. 10. num. 6. Vulpe. cap. 44. num. 28. certo tempore, Garcias in addit. ad tract. debeneſ. part. 5. cap. 7. num. 37. imo unitis anni spatio circumscribere, S. Congreg. sub die 17. Julii 1617. Barbos. d. collect. 7. & de canon. d. loc. num. 44. Zypao d. loco, vers. constitutus potest.*

Consultius tamen eligi libere, absque illa mutationis conditione, & Assessoris assignatione: *Sacra Congreg. sub die 28. Octobris 1587. Barbos. d. loc. jur. Eccles. univ. num. 45. & a tract. de Canon. num. 45.*

Electione sic facta, durat Vicarii officium durante Sedis vacacione; *Quaranta d. verb. Capitulum Sede vacante. prope fin. vers. circa quam commissionem. Barbos. d. locis.* nec potest Capitulum illum revocare ad

*Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis*

G IV.

32

ad libitum, & constituere novum; quia etsi electio fiat à Capitulo, si tamen in Concilii Tridentini d. loco. executionem & complementum Riccius in collect. decisi. part. 5. collect. 1602. in fin. Raguc. de voc. Canon. qu. 37. num. 4. Barbos. d. lib. & cap. num. 42. & d. tract. & cap. num. 47. nisi gravi ex causa, à Congregatione Episcoporum approbanda; 2. paus d. loco. ut sacerdos ea censuit: ut Anno 1603. 1. Septemb. & 22. Octob. 24. 26. & Anno 1632. teste Barbos. add. locis & d. Collect. num. 16.

Quicquid recrusus non obtinet in Belgio. teste Zypa d. loco.

Vicarius vero à Metropolitanu, propter Capituli negligentiam constitutus, ad ipsius nutum amoveri potest. S. Congr. 29. Septemb. Anno 1625. Solorzan. de Jure Indianorum. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 65. Barbos. d. collect. num. 18. Idem d. tract. de Canon. c. ult. num. 48.

13 Salarium, quod diximus huic Vicario Capitulari deberi, solendum ex bonis Ecclesiae vacantis: Gloss. verb. expensae. in Clem. statutum delect. Nequino enim stipendius suis militare tenetur; can. jam nunc 28. qu. 1. c. cum ex officiis. de prescript. etiam si sit Canonicus, vel alias de ipsius Ecclesiae grāmio; Quia illud salarium est pro labore, quem exercet. Pavin. de potest. Capit. Sede vacante. part. 2. qu. 10. num. 5. Sbroz. de officio. Vicarii. lib. 1. qu. 55. num. 7. Barbos. de Canon. d. c. num. 60.

14 Capitulum Cathedralis Ecclesiae Sede vacante in universum succedit Jus Episcopale, omniaque quæ Jurisdictionis ordinariae facere potest; nisi expressè reperiantur prohibita. Gloss. & Doct. in c. his qua. & inc. cum olim. de major. & obed. & c. illa. Ne sede vacante. & Gloss. verb. Sede vacante. in c. ad abolendam. de heret. Gloss. eod. verb. in Clem. I. §. 1. tit. 1. Gloss. verb. observari. in c. quia sepe. de elect. in 6. Abbas in d. c. cum olim. circa fin. vers. posset tamen. & ibi Butr. num. 15. Barbos. d. lib. 1. & cap. 32. num. 61.

15 Primo, igitur Capitulum Sede vacante, ejusve loco eius Vicarius Generalis seu Provisor, fungitur jure Episcopi in absolutione ab excommunicatione, à qua absolvere poterat ipse Episcopus; nisi hoc ei sed Apostolica fuerit specialiter interdictum; c. un. de major. & obed. in 6. Sylvest. in Summa. verb. Capitulum. §. 2. Rebuff. in praxi benefit. tit. de devolut. num. 63. Raguc. de voce Canon. in Capit. cap. 36. num. 4. cum id

id olim successori dimitteretur Episcopo, can. si Episcopus. II. qu. 3. Gloss. in d. c. illam. Ne sede vacante. Secundò In Electionum, quas facere poterat Episcopus; confirmatione vel confirmatione: d. c. cum olim. & ibi Gloss. & Doct. Cardol. in praxi judic. v. 9b. Capitulum. num. 6. in princ. item in confirmandis electis & per patronos praesentatis & instituendis, Rebuff. d. tit. de devolut. à num. 60. Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante. §. nono quero, vers. quæ conclusio. Garc. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 74 Barb. de Offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 72. num. 183. Cardosa. d. loco. num. 6. Tertio. In Confessore pro Casibus Episcopo reservatis assignando: Panorm. d. c. de his quæ. Quarant. d. loco. vers. tertio quero. Quarto; In communicationibus, censuris, poenis inferendis, excessibus puniendis, quatenus defunctus poterat Episcopus: d. c. ad abolendam. & ibi Gloss. & Doct. Navar. in man. cap. 22. num. 5. Molin. de justit. tract. 5. disp. 1. num. 6. in princ. Quinto; In cognoscendo de Heretis criminis: Gloss. verbo prerogativa. in d. c. ad abolendum. ubi Hobiens. num. 2. & 4. Henric. num. 4. Panorm. Farin. de Heret. qu. 186. num. 177. Sexto; In visitanda dioecesi universa: fac. c. Ecclesia. de suppl. negl. Pocelat. Abb. in d. c. cum olim. num. 2. vers. sed indistincte. & ibi Bald. num. 1. Archid. in cap. si Episcopus. I. t. num. 2. de suppl. negl. Pocelat. Socinus. in tract. de visitat. col. 4. Rebuff. d. loco. num. 65. Quarant. d. l. verb. primò quero. Barbos. d. lib. & cap. num. 67. sive per se, sive per alium; Gloss. verb. Capitulum. d. Clem. I. §. I. de Heret. post Archid. Abb. in d. c. cum olim. num. 2. col. 3. Sylvest. in sum. verb. Capitulum. num. 3. Barbos. de offic. & potest. Episc. part. alleg. 133. per tot. sed denum post lapsum anni à die ultima visitationis per Episcopum facta; Sacra Congreg. 10. May. 1629. & 3. Febr. & 10. Decemb. 1629. Barbos. d. lib. I. & cap. num. 70. & 71. Septimò; In de causis arduis, ut matrimonialibus, criminalibus; cognoscendo: Quarant. d. verb. vers. quinto quero. Octavo; In condendis statutis ad statum Ecclesiae pertinentibus: Pavin. d. tract. part. I. qu. 6. & 202. d. tract. lib. 2. qu. 186. num. 5. & 6. Zerolad. loco. §. 15. etiam tempore Episcoporum succedentium valitur: Nisi tendunt in Ecclesia vel Episcopalis mensa prejudicium. Monet. de distribut. quond. part. 2. qu. 13. num. 24. Molina d. tract. 5. disp. II. num. 7. Nonò; In exequendis ultimis defunctorum voluntatibus,

Hh

quatenus

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

quatenus executio earum competit Episcopo, non jure speciali, *Pavin.* d. tract. part. 2. qu. 7. verbo respondeo. *Azeved.* conf. I I. num. 9. sed ordinario: *Franc.* in c. 1. col. 4. de major. & obed. in 6. *Molin.* d. disp. II. num. 5. in fin. *Covarr.* in c. *Joanues.* num. 2. de testam. *Bavin.* d. loc. *Decimò*; In Religiosos piarum voluntatum executores ad redendas administrationis rationes compellendo: *Pavin.* d. loc. num. 6. *Barbos.* de off. & potest. *Episc.* d. part. 2. alleg. 82. num. 35. *Undecimo*; In exigendis rationibus à piorum locorum administratoribus: *Quarant.* d. verb. vers. septimo *Zerota* in prax. *Episc.* part. 2. verb. *Capitulum.* num. 9. *Dodecimo*: In constituendo Vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus: *Bonacof.* tom. I. commun. oper. lib. I. tit. 9. num. 113. *Gutier.* Canon. lib. I. cap. II. num. 10. *Zerola.* d. praxi. part. 1. verb. *Capitulum.* §. 3. ret *sapradiximus.* *Decimo tertio*; In deponendo, interdicendo: c. *bis qui in fin. de major.* & obed. c. un. eod. in 6. *Rebuff.* d. tit. num. 63. *Sbroz.* d. libr. 2. qu. 182. num. 7. *Molin.* d. tract. 5. disp. 1. num. 6. vers. potest. *similiter.* *Decimo quarto*; In dispensando; in casibus, in quibus Episcopus ratione Episcopalis jurisdictionis, dispensare potest: *Molin.* d. tract. 5. disp. II. num. 5. *Decimo quinto*; In absolvendo vigore Concilii Tridentini: *Seff.* 24. de reformat. cap. 6. Fr. *Emman.* *Rodrig.* quest. regul. tom. I. qu. 61. art. 9. *Sayr.* in *Florib.* decif. sub. tit. de tempor ordin. decif. 31. & in *Clavi Regia* lib. 6. cap. II. num. 84. *Pist.* in praxi *Episcop.* part. 2. cap. I. num. 16. *Gare.* de benef. part. 5. cap. 7. num. 41. C. part. 7. c. op. 21. num. 21. *Sacra Congreg.* Concilii; 22. Junij. 1602. *Diff.* *Bonacina.* de censur. disp. 7. qu. 5. pun. 7. 1. *Valpe in praxi* judic. fort. *Eccles.* cap. 44. num. 9. *Decimo sexto*; In charitativum subdolum exigendo: *Bellencin.* de charit. atrio subdolio qu. 7. *Barbos.* def. ex potest. *Episc.* part. 3. alleg. 67. num. 13. *Decimoseptimo*; In cognoscendo de caulis in priaria iustitia: *Concil. Trident.* *Seff.* 4. de reformat. cap. 20. *Riccius.* in *praxi aurea*, resol. 130. *Decimo octavo*; In sufficiendo a monio et celiando succedenti assistenti licetiam concedendo: *Concil. Trident.* *Seff.* 22. de reformat. *Martin.* cap. 1. *Sanchez de nutrin.* lib. 3. disp. 28. num. 5. *Gutier.* sol. tract. cap. 46. num. 9. *Decimunum* si concedenda licetia, quam dare potest Episcopus: *Weier.* d. tract. Capit. *De licentia.* num. 2. *Barbos.* d. lib. 13. tract. 2. num. 12. *confess.* Vigilius.

Vigesimò: In concedentis indulgentiis; Doct. in c. accidentibus de excesso.
 Praelat. Panorm. in d. c. cum olim. Sylvest. d. verb. in calce. num. 5. Vulpes d.
 cap. 44. num. 12. Quarant. d. loco vers. duodecimò quero. Zerola in praxi
 Episcop. part. 1. verb. Indulgentia. §. 2. Lavor. de Jubileo & Indulgentia.
 part. 2. num. 52. Vigesimoprimum: In præficiendis œconomis; c. cum vos.
 4. de officiis. Ordin. Reginald. in præx fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 241.
 Vigesimo secundò: In cognoscendis & assignandis congruis portionibus;
 Rebuff. in tract. congrue portionis. num. 74. Vigesimotertio: In commen-
 dando Ecclesiæ sive beneficia ad tempus: Rebuff. in præxi benef. d. tit.
 num. 77. & 80. & tract. nom. quæst. 8. num. 30. Vigesimoquarto: In ad-
 mittendis sive instituendis, vel confirmandis præsentatis Clericis à pa-
 tronis: c. 1. de insit. in 6. Rebuff. d. tract. de devolut. num. 68. Lotter.
 de re benefic. lib. 2. qu. 2. num. 13. & 14. Vigesimoquinto: In resignationi
 bus beneficiorum, etiam ad collationem solius Episcopi spectantibus,
 recipiendis: Sbroz. de officiis. Vicarii lib. 2. qu. 71. num. 13. & qu. 130.
 num. 3. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 7. qu. 23. num. 20. Garc.
 de benef. part. 11. cap. 3. num. 256. Vigesimosexto: In persistenda auctoritate
 penitentiaribus beneficiorum ad Episcopi & Capituli, vel tempi
 collationem; Glass. verb. conferantur in Clem. 1. de sur. permittat. Gam-
 bier. in c. in ead. num. 114. Garc. d. part. 11. cap. 4. ex num. 15. non satis
 Episcopi. Pute. decif. 320. lib. 2. in curætis Rœc. in collat. decif. pars. 6.
 collat. 14. 97. vers. Undecima. Sest. etiam Vigesimoseptima: In unionib[us]
 et causa ficiendis, modo per eas Jurisdictioni Episcopali detrahente
 mil. In aliis in Clem. 1. num. 31. de statu Monach. & iiii. Cardina. in 3.
 11. d. min. 4. qu. 6. Bonifac. ead. 8. num. 13. Soem. in c. sciatancie. 1. vrs.
 3. num. quæst. 6. de excesso. Praelat. Petrus. de union. c. sp. 7. num. 26. Rebuff.
 intrus. benef. tir. de union. num. 36. aliq. ill. per Burbo. d. lib. 6. cap.
 num. 98. Vigesimosexta: In approbandis & exponendis Confessoribus
 de Vicarium & electum. War. tom. 4. de Penit. disp. 28. sed. 6. ann.
 Ultima in sum. lib. 2. de pecc. cap. 6. cap. 7. et nonnulli in communione
 volumines ultimas in calibus, quibus Episcopum hunc fecimus. Cachus
 in Hagen. lib. 2. cit. p. Monti se commut. ultim. volum. a. q. 5. num.
 40. etiam frag. Thazimmo. In cognoscendis causis matrimonii bus-
 cum. de cœqua uox. innotescit. Coar. de sponsalitat. 2. cap. 3. 6. et
 11. 11.

Corvinus
de Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

num. 1. non tamen delegatis Episcopis: Ricc. in praxi fori Eccles. dec. 245. in 1. edit. alias resolut. 215. vers. sed quicquid. in 2. edit. Trigesimoprimum. In inquirendo in delicta & excessus extra visitationem: Bonif. in Clem. I. num. 177. de Haret. Rota dec. 166. num. 2. part. 1. Trigesimosecundum. In munus syndicandi exercendo; Rota dec. 166. num. 3. & 4. Trigesimotertius; In remittendo poenas condemnatis, per defunctum Episcopum: Vulpes d. cap. 44. num. 26. Trigesimoquartus; In dispensando ius per interstitia ordinandorum; Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 11. S. Congr. teste vulp. d. cap. 44. num. 27.

16 Quid diximus Capitulum Vacante sede, posse, prohibitis expressis exceptis, ea facere omnia, quae jurisdictionis sunt, hoc intelligendum procedere in iis, quae Episcopo competit, non alieno, sed proprio iure hoc est, non delegata jurisdictione, sed ordinariâ: per ext. inc. pallialis. §. præterea. de offic. Ordin. Gloss. in verb. Capituli. in Clem. 1. de heretic. Abbas in d. c. cum olim. sub num. 2. col. 3. in med. Pavin. d. tral. de posest. Episc. Sede vacant. part. 1. princ. qu. 10. Sbroz. de offic. vicarii lib. 1. qu. 16. num. 1. & lib. 2. quest. 135. num. 4. Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante. in princ. & vers. primo ut intelligatur aliq; alleg. Barboſ. d. lib. 1. jur. Eccles. num. 6. cap. 32. num. 104.

Unde nec per se, nec per alium, visitare potest Capitulum Sede vacante, exemptos; Abb. in d. c. cum olim. Pavin. 8. part. 1. princ. qu. 7. num. 2. nec exempta monialium monasteria. Garc. de Benef. part. 4. cap. 7. num. 47. Barboſ. d. lib. & cap. num. 105.

Distinguendum tamen hac in re, putat Barboſa, d. lib. & cap. num. 107. secundum. Molinam de Justit. tom. 6. tract. 5. disput. II. num. 8. & 9. Hoc modò: Aut delegatio facta est à Sede Apostolica Episcopo, cuius muneri deinceps competat ex officio in perpetuum; Aut ad pecuniam tantum causam vel negotium: text. in c. quoniam Abbas de officio deleg. Priori casu succedit, dicit, capitulum Sede vacante: nisi ex mente Sedis delegantis possit colligi aliud: Non casu posteriori.

Nec etiam Capitulum Vacante Sede succedit in Jurisdictione ea, quae Episcopo non ordinario, sed aliquo speciali seu accidentaliter jure competit: secund. Emmanuel. Rodrig. quest. regul. tom. 1. qu. qst. 61. art. 3.

Quarant.

Quarant. d. verb. Capitulum, Sede vacante. vers. subsequenter. Gare. dict. parte. 5. cap. 7. num. 39. Azeved. consil. II. num. 3.

Ex quo sequitur non possit Capitulum vacante Sede, 1. Beneficia ad solam, vel etiam cum consensu Capituli, c. un. §. cum, vero. Ne sede vacante. in 6. Molin. d. tract. 5. disp. 11. num. 9. & 13. Episcopi collectionem spectantia conferre. c. 2. Ne sede vacante. c. quanto ea noscitur. debitis que sunt. à Pral. sine consil. Capit. Gloss. in c. his qua de major. & obed. Rebuff. in praxi benefic. tit. de devolut. num. 70. 71. 88. & 90. Paris. deregnerat. benef. lib. 9. qu. 23. Leo in thesaur. fori Eccles. part. I. cap. 10. num. 8. Garc. d. part. 5. cap. 7. num. 51. Ratio est; Quia collatio est beneficii fructus, sec. Gloss. in d. c. cum olim. de major. & obed. que futuro Successori reservandi. c. quia sepe. de Cler. in 6. Clement. statutum. eod. c. cum vos. de offic. Ordin. c. fin. eod. in 6. Barbos. d. lib. & cap. num. 119. & 110. 2. Nec possit Capitulum Sede vacante Juris patronatus donationem confirmare Stephan. Gratian. disput. forens. cap. 303. num. 10. cum seqq. Barbos. d. loc. num. 111. 3. Nec prabendas aut portiones vigore Concilii Tridentini sif. 24. de reform. cap. I 5. supprimere Monet. de distribut. quot. d. qu. 1. cap. 5. num. 29. & de commut. ult. volunt. cap. 12. num. 117. Barbos. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 67. num. 3.

Succedit autem Capitulum. Sede vacante, in ius exercendi pontificalia, ut Ordines conferendi, Chirisma conficiendi Basiliicas consecrandi & huiusmodi, sed per vicarios Episcopos; Gloss. in d. c. his qua. & in c. si Episcopus de suppl. neglig. Pralat. in 6.

Poterat cuam ante Concilii Tridentini decretum sif. 7. de reformat. 17 cap. 10 & sif. 23. de reform. cap. 10. Capitulum Sede vacante sua dioecesis Clericis litteras dare dimissorias, ut ab alio ordinarentur Episcopo; c. cum nullus. de tempor. ordin. in 6. sed coarctatum hoc per illud, ut non possit, nisi infra annum à die Vocationis Sedis; Barbosa: d. lib. I. & cap. 32. iur. Eccles. Univ. num. 114. post Dd. alleg.

Hinc patet: Non possit Capitulum seu Vicarium vacante Sede infra annum dare dimissorias ad primam tonsuram: Majol. de irregular. lib. 4. cap. 2. num. 3. Fr. Emanuel. in sum. tom. 2. cap. 14. num. 6. Quaranta d. verb. Capitulum Sede vacante. vers. decimò quarto. quin incidat in poenam d. cap. 10. sif. 23. de reform. videat. Garc. in addit. ad suum tratt. de benef.

Corvinus
De Personis
De Nisi Ecclesiast.

G IV.

32

part. 5. cap. 7. num. 92. Licet territorium haberet distinctum & ab immemoriali possessione exemptum. Quaranta d. verb. Capitul. Sede vacante. vers. 14. Nec posse currente adhuc illo anno, Episcopo in civitate vel dicēcēsi comimoranti, dare licentiam ordinandi Regulares, etiamen minime prævio per Vicarium facto: ut post Raque. de voce Canon. qu. 33. num. 4. Barbos. d. lib. & cap. num. 121.

18 Potest tamen *infra annum* idoneitatis dare testimonium: Novi consil. 19. in antiqu. alias cons. 27. innov. de tempor. ordinand. Bonacim. de Sacrament. disp. 8. quest. unica. punto 4. num. 24. Molin. d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamvis. Episcopo extero Pontificalium & vacantis Sedis subditorum ordinationem concedere: Fornar. de ordine. cap. 5. num. 7. 19 vers. quartō nota. Quarant. in d. verb. Capitulum Sede vacante: qu. 11. Per Vicarium, à se electum, beneficiis arctati tam habitis, quam habendis, litteras dimissorias concedere: Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 10. Molin. d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamvis. Garc. d. part. 5. cap. 7. num. 76. cum seqq.

Dicuntur autem arctati occasione beneficii recepti obtinentes beneficium aliquod, servitium requirens personale & quidem tale quod jure, consuetudine, vel fundatione, intra annum obtinentis promoto nent exigit. Ugolin. de potest. Episc. cap. 26. cap. 20. num. 5. vers. 8. pmo. Garc. d. part. 5. cap. num. 78.

Arctati vero occasione beneficii recipiendi dieuntur illi, qui habent ius ad aliquod beneficium vacans, certum actu requirens ordinem quo carent. Garc. d. cap. 7. num. 99. & seq.

Post lapsum anni à Sedis vacatione potest *Capitulum* ejusve *Vicarius*, cum ordinandi, in vivem suarum dimissori alium litterarum codicem modo, quo poterat Episcopus cum sibi sibi bditis, dispensare in temporum interstitiis. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 9. num. 13. Felic. de Vega. de 4. §. de adulteriis. num. 52. cum seq. de judic. Ricc. in praxi rer. fofi. Ead. decif. 715. in edit. 1. Quaranta d. verb. Capitulum Sede vacante. vers. quarto decimo.

20 Nec ista dimissoria littera per novi Episcopi ingressum expiriatur. Quippe gratia semel obstante non extinguuntur per concessionem item. c. si super gratias. de offic. deleg. in 6. c. cui nulla. § 1. de prebend. 10. Quaranta d. verb. Capitulum Sede vacante. vers. quarto decimo.

Quarent. d. loc. vers. secundò dubitatur. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 12. num. 37. Bonacina de suspension. omnib. in particul. disp. 3. quest. 1. punct. 12. num. 5. & 11. Ab eo tamen per edictum revocari possunt secundum Rebuff. in praxi benef. tit. de formalit. dimissor. num. 44. sed ex justa tantum causa: secund. Campan. referente Barbo. d. lib. & cap. num 129.

Vicarius autem Capituli, ut & Vicarius Episcopi, sine mandato²¹ speciali litteras dimissorias concedere non possunt: secund. Rebuff. in pratt. init. de forma Vicariatus Archiepisc. num. 47. Pavin. de potest. Capit. Sede vacante. cap. 10. part. 2. princ. num. 17. Mandos. super Reg. Cancell. 24. qu. 6. num. 9. & seqq. Ad cuius mandati probationem sufficiunt etiam conjectura & præsumptiones; Cravet. de antiquit. tempor. part. 2. partis prime. num. 17. Rota decif. 675. in princ. part. 2.

Quodsi Capitulum intra annum in casibus sibi non permisssis litteras dimissorias concesserit ad ordines Ecclesiasticos, vi Concilii Tridentini, sess. 7. de reformat. cap. 10. subjacent interdicto. Leo d. tract. part. 3. cap. 8. num. 48.

Ordinati auctoritate præsumptiva letali, nullo clericali gaudebint privilegio; per d. text. Leo d. tract. part. 3. cap. 8. num. 47. Lessius de Just. & Jure lib. 2. cap. 34. num. 49. Molin. dict. diffut. 11. num. 4. Marta de iurisdictione. part. 4. casu 149. num. 8. nec tamen spoliatur beneficio, nisi per sententiam: Navar. consl. 28. Quaranta. d. verb. Capitulum Sede vacante. quest. 10. vers. hinc contingit. Sanchez. de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 18. aut Successorem. Barbosa. d. lib. & cap. num. 133.

Denique mortuo Episcopo nihil innovandum à Capitulo in nisi quæ aut ad Ecclesiæ aut Episcopi jus pertinent; cum non sit qui Episcopale Jus defendat. c. 1. Ne Sede vacante.

Unde non potest Capitulum præscribere exercendo quod contra jus commune. Abb. in c. cum olim. de major. 2. & obed. arg. c. 1. & c. de quarta. de præscript. Nec res aut jura Ecclesiastica alienare; permutare: c. un. si qua de rebus. 12. qu. 2. Gloss. in d. c. cum olim. sub pena c. quia sape. 40. de elect. in 6.

Nec etiam Capitulum Sede vacante lucratur emolumenta ex²⁴ Jurisdictione Episcopali provenientia: sed ea reservanda sunt Successori

Corvinus
de Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV.

32

cessori Episcopo, Clem. statutum. de elect. Barbos. d. lib. & cap. num. 135. Statuto tamen ex iis Vicario salario honorabili, Barbos. d. loc. Qui Syndicatu stare tenetur, & Episcopo Successionis administrationis reddere rationem. Concil. Trident. d. sess. 24. de re form. cap. 6. Pavin. d. tract. part. 2. qu. 28. Sbroz. de officio vicarii lib. 3. qu. 52.

25 Cessit potestas & Jurisdictionis Capituli, simul ac novus Episcopus Episcopatus adeptus est possessionem. Pavin. d. part. 4. quæst. 10, num. 19. Quaranta. d. verb. Capitulum Sede vacante num. 13. fac. Extrav. injunctio. de elect.

26 Dernum sciendum, quod quea de potestate Capituli Sede vacante diximus, intelligenda sint de Capitulo Ecclesie Cathedralis fac. can. Sanctorum. dist. 70. c. cum Clerici. de verbis. signif.

TITULUS XXVII.

De Oecono^mo Episcopi.

SUMMARIA.

- | | |
|-------------------------------|--|
| 1. Oeconomus Episcopi quis. | 6. Officium. |
| 2. Eum non habebat olim. | 7. An satisdet in judicio. |
| 3. Habebat administratio nem. | 8. Episcopo defuncto quia facere debeat. |
| 4. Non dominium. | 9. An potest alienare. |
| 5. Oeconomi origo. | 10. Rationes cur redit. |

1 Nter Adjutores & Administratos Episcopi & locandus Oeconomus, id est, Ecclesiæ rerum dispensator.
 2 Est enim Episcopi in temporalibus Vicarius.
 In prima Ecclesia Episcopus res & bona Ecclesiæ administrabat per se; ut ex can. Apostol. 38. Concil. Gangra

Gangren. can. 7. Antiochen. can. 24. & 25. can. Episcopus. 12. qu. 1. Au-
relian. 3. can. 5. Tolet. 4. can. 32. can. noverint. 10. qu. 1. patet. Nam col-
lecta; id est, æra qua quisque conferebat, deponebantur apud Episco-
pum, qua is pupillis, viduis, egeritibusque aliis erogabat: Teste Justino
Martyre. in *Apolog.* 11. sic Latinè loquente; *Ceterum qui locupletio-*
res sunt, & volunt, pro arbitrio quisq; suo quod visum est, contribuunt, &
*quod ita colligitur apud Antifitem deponitur, atq; ille inde opitulatur pupil-
la & viduis, & his qui propter morbum, aut aliquam aliam causam egerent,*
quia in vinculis sunt, & peregrinè advenientibus hospitibus, & in summa
indigentium is omnium curatorest. Præterea ea, ex quo Ecclesia dotem
habuit suam, id est, decimas & prædia, decimas & prediorum redditus,
habebat in potestate sua Episcopus; ita ut ex his fierent partes quatuor;
Quarum unam seponeret sibi, Clero alteram, pauperibus tertiam, quar-
tam impenderet fabricæ. can. videntes. 12. qu. 1. can. vobis. can. Vultu-
rane. 12. qu. 11.

Imò tota Ecclesiæ dos in potestate fuit Episcopi; nullo in ejus di-
pensione manente fundatori jure: can. sc̄ quidam. can. decretum. can.
noverint. 10. qu. 11. Undè & in foundationis limine Ecclesiæ alicuius
conditor Episcopo offerredebet obsequium, & quidem per donationem,
id est, chartulæ traditionem confirmatum. ex *Concil. Normat.*
can. 4.

Habebat enim Episcopus plenam & liberam rerum Ecclesiastica-
rum administrationem, nec tenebatur reddere rationes. Ei enim cre-
dita erat rerum Ecclesiæ administratio, ut exerceceret eam quasi intuente
Deo, ut Iesu Christo, can. Apost. 38. non redditur rationem homi-
nibus, sed Deo: Etenim absurdum judicatum, ab eo rationes rei pe-
cuniariae exigere, cui humanarum apimarum, qua longè pretiosiores,
cura esset credita. teste Clement. lib. 2. cap. 36.

Episcopustamen ita rerum Ecclesiasticarum habebat potestatem, 4
ut eas dispensaret in usus congiros sui & Clericorum pauperumque;
quod si eas converteret aut in rem suam, aut erogaret in cognatos, de
his cogebatur Synodo Provinciali reddere rationes d. *Concil. Antiochen.*
can. 25. Debet enim Episcopus rebus uti Ecclesiasticis, non ut Domini-
nus, sed ut procurator & dispensator. August. 1. epist. 1. ad Bonifac.

I i

Comi-

Corvinus
De Personis
Ecclesiasticis

G IV

52

Comitem ait; Si privatum possidemus quod nobis sufficiat, non illanost
sunt sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, nec pro-
prietatem nobis usurpatione dannabili vindicamus. Debeat enim Epis-
copus res Ecclesiæ attingere non ut proprias, sed ut commendatas, id
est, depositas: Concil. Cabillonens. 11. can. 6. Ideoque electus solebat
ante consecrationem rerum suarum descriptionem, id est, inventari-
um, confidere; ne quiesca post Episcopatum, subducerentur Ecclesiæ
can. de Syracuse. dist. 28.

Sed onere Episcopatus postea ingravescente, fidelium & sacra-
rum facultatum numero aucto, ne à spiritualium rerum cura Episcopi
avocarentur temporalium studio, vel ne omnia absque arbitrio essent in
potestate Episcopi, vel quia Episcopi res administrabant per laicos, in-
levarent onus illud, placuit in Concilio Chalcedonensi can. 26. confi-
mato per Concil. Hispal. 11. cap. 9. can. in nova. 16. qu. 7. ut singuli Epi-
scopi sibi de proprio Clero constituerent Oeconomum, ne rerum Ecclesiæ
sticarum administratio esset sine testimonio. can. quia in quibusdam. 26.
qu. 7. Si negligenter, jus eligendi devolvebatur ad Metropolitanum
can. cum simus. 9. qu. 3.

Dico, ex proprio Clero; Quia, ut d. Concil. Hispal. dicit, non dece-
Laicum esse Vicarium Episcopi, & seculares judicare in Ecclesia; d. can.
Vel quia, ut dicit Papa Gregorius I. Clerici, ut subditi, facilius ad rat-
ones reddendas cogi possunt, & si vici fuerint suspecti, removeri, vel co-
erceri. can. indicatum. dist. 89.

6 Oeconomus non nisi præstito fidelitatis Episcopo juramento res at-
tingit Ecclesiæ. fac. can. ult. 22. qu. 3. c. nullus de jurejur. c. gravem. de
excess. pr. lat.

Eius officium est res Ecclesiæ gubernare: l. jubemus. 14. C. de S. S.
Eccles. Clericis annonas præbere: quod superest in pauperes erogare:
Novel. 3. l. omnes. §. nibilominus. C. de Episc. & Cler. actiones Ecclesiæ-
sticas movere & excipere: l. cum Clericis. d. l. omnes. §. præterea. §. hoc
nibilominus. Nov. 113. cap. 28. c. Imperatorum. de juram. calum. c. II. de
capell. Monach.

7 In judicio conventus non satisdat judicatum solvi; imò & Cle-
gil.

cilite pulsati non alium dant fidejussorem quam Oeconomum. d. l.
cum clericis. d. l. omnes.

Defuncto Episcopo vel deposito, ejus est rerum Ecclesiasticarum 8
confiscere inventarium, ut ex futuro successori conserventur incolu-
mes. can. charitatem. 13. qu. 11.

Non potest res Ecclesie alienare, nisi certis ex cauiss. l. jubemus. 9
Auth. quibuscunq. C. de SS. Eccles.

Rationes actus sui reddere debet Episcopo. Concil. Chald. can. 26. 10
Atfera. dissert. jur. Canon. lib. 2. cap. 3.

TITULUS XXIX.

De Vicedomino.

SUMMARI A.

- | | |
|----------------------------|---|
| 1. Vicedominus quis. | 4. Vicedomi olim Clerici |
| 2. Ejus officium. | erant, postmodum &
Laici. |
| 3. In quibus conveniat aut | 5. Et corrupti. An corri-
differat cum Oecono mo.
gibles. |

Episcopus præter Oeconomum constituere sibi debet Vicedo-
minum, quo, in temporalibus, in quibus est Episcopi Vica-
rius, Adjutore & administratore utatur. can. volumus. dist. 89.
Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 26. Appellatur & Vicedomnus,
quod vicesgerat Episcopi, qui honoris ergo dicitur Domnus, ut cum ei
per Diaconum occinitur, Jube Domne benedicere. Gallis Vidame.

Ejus officium est tueri & defendere res Episcopatus.

Habet multa cum Oecono mo communia, ut, in quibusdam Ec-
clesiis fuit Curator Xenodochii & pauperum dispensator, ut in Bre-
mensi, teste Adamo Bremen. lib. 4. cap. 22. qui ait; Et tunc quidem Vi-
cedominus noster quasi fidelis dispensator & prudens, ad custodiendos paupe-
rum eleemosynas deputabatur. Hoc tamen Vicedomnus ab Oecono mo
dispar,

Corvinus
de Personis
Beneficis Ecclesiasticis

G IV.

32

Dispar, quod *Huius* proprium fuit gubernare rem prædiariam redditum que percipere & dispensare Ecclesiasticos. *Illi*as vero fuit regere & ordinare Episcopi domum. *can. diaconum. dist. 89.* Unde & in dictacione *Major-domus* appellatur. Erat præpositus Officialibus & Ministeris Episcopi. Denique summam rerum Episcopi tenebat post Episcopum. *Sigebert. in Chron. ad annum 536. dicit; Theophilus, Vicedominus tam prudenter & utiliter secundas partes Ecclesiastice dispensationis sua Episcopo agebat, ut mortuo Episcopo omnium brevius Episcopatu esse clamaretur.*

Nec modo *Vicedominus* Episcopi rem curabat oeconomicam, sed etiam res publicas, putallegationes, quoties erat opus, pro Episcopo obibat. ut per *Adrevaldum probat Ladinus. dissert. jur. Canon. lib. 2. cap. 4.* jurisdictionem feudalem Episcopi nomine exercebat: *Capitulum Caroli Magni. lib. 3. cap. 11. & Capit. lib. 5. cap. 120.* imo & criminalem, teste *Sigeberto in Chron. ad annum 1084.*

Ordinabatur, ut & *Oeconomus*, ab Episcopo; qui si in eligendo moras hesteret, ad Clerum devolvebatur electio: *d. cm. volumen. Eligendus erat ex Clero: & quidem gratis. can. Salvator. 1. qu. 3. c. civ. fulere. de Simonia.*

4 Sed labente aeo, Ecclesiastice opibus & latifundiis aucta, Laici passim Episcoporum Vicedominatum ambiere. Dicit Schafnburg, *lib. de reb. gest. German.* Erat tum temporis *Major-domus*, id est, *Vicedominus Ecclesie Treviorum Diedericus Comes.* Temporibus Imper. Conradi Salici, Ludovicus cognomine Barbatus per Bardonem Archiepiscopum Moguntinum *Vicedominus* constitutus Thuringia; *Langus in Chronico Citizeni.* In Gallis sunt *Vicedomi*ni seculares; Carnotensis, Ambianensis, Cenomanensis, & Rhemensis; luculentis ditati ab Episcopis beneficiis.

5 Sanctiores tamen res quia usu corruptiuntur sequiore, *Vicedominii* in Episcoporum instituti solatium, Eis, ut & Ecclesia, non raro oppido graves & damnos iusterunt. Idcirco instaurati fuerunt canones, ut Episcopi probos & idoneos sibi haberent *Vicedominos.* Concil. Mogunt. *can. 1.* dicit; *Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus, cunctoq. Clero continuo precipimus Vicedominos, Præpositos, Advocatos, sive Defensores de-*

nas habere non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsi-
tus amantes, sed Douitientes, & in omnibus justitiam diligentes. Et
Concil. Remeni. can. 24. dicit; Ut Prepositi & Vicēdomini secundum
regulas, vel Canones constituantur.

Quos canones sua in Capitula transfudit Carolus Magnus, & ne
carerent effectu, per Missas perditionis suæ provincias universas direxit.
Flodoard. lib. II. Rom. hif. cap. 18.

Nectamen Vicēdomini ad debitum, tum rediere obsequium, aut
saltem, non diu disciplinæ memores, in bonis Ecclesiæ ut ante graffati
sunt, novisque eam censibus, vcluti villicos proprios & colonos, attri-
vère; quapropter per Decretum Papa Lucii III. damnati; c. præterea.
de jure Patronat. Quod si sonat: Præsentis decreto statuimus eos, sive
Advocati sive Patroni, vel Vicēdomini sive Cnfrades, vel Gardulus habentes,
sequocing, alio nomine censantur, à gravaminibus Ecclesiæ rumincessare,
nihil in ipsis prater antiquos & moderatos redditus, à locorum Episcopis in-
stitutos exigere, Datin. d. loco.

TITULUS XXIX.

De Defensore Ecclesiæ.

SUMMARIA.

1. De Defensorum origine.
2. De ius & tractatur in Laci.
3. Quare instituti.
4. Quod eorum munus.
5. Quis Pontificum circa illud mos.
6. Quales an Clerici, an Jure Civili.
7. Quæ Eorum Dignitas.
8. Quales Regionarii.
9. An non aliquando Ec-
clesiæ graves.

Ii 3

Quia

Corvinus
De Personis
Beneficiis Ecclesiæ

G IV.

32



Uia de Episcoporum tractamus Adjutoribus, non praet
mittendi *Defensores*, dicti Græcis *Exodus*.
Ut solide de iis loqui & differere possimus, considerab
mus: Primo, *Rationem Eorum originis*. Secundo, *Ratione
muneris Defensorum Civilium*. Tertio, *Ipsum munus circa quod va
tabantur; corumque Jurisdictionem*. Quartio; An *præcisè dhucent*
esse Clerici. Quinto; Ab initio nonnullos fuisse *Laicos*. Sexto;
Cur hæc potestas *Defensorum deferebatur Clericorum ordinis*. Sept
imo; An *Ipsis jurisdictione concessa fuerit spiritualis*. Octavo; Au
me, & qui fuerint dicti *Regionarii Defensores*.

Quoad *considerationem primam*, illos fuisse Ecclesiastarum *Defen
sores* ante Romanum Orbem à Christo dominatum in Ecclesiis dem
onstrari documentis potest nullis; imò rectâ repugnat ratio; Nec cu
tum temporis Ecclesiæ, & Ecclesiastica persona, earumque privilegia
immunitatis, prærogativæ, ullâ, quia non habebant, indigebant de
fensione: At tamen ut eatuerentur omnia, instituti *Defensores*. Idque
ideò, quia Principes, &c, ut omnia solent vergere in pejus, rebelles con
temptis & susque deque habitis Ecclesiasticis censuris, ut & alii homines
pervicaces & seditionis, in Ecclesiæ personasque Ecclesiasticas insurge
bant ferocius: Contingebatque Ecclesiæ, ex usu antiquissimo, & di
vina providentia singulari, pauperium pupillorum, viduarum, miser
abiliumque personarum aliarum curam & protectionem, suscipere sol
tam; tamen inermem injuriis exponi & Urbicorum & Provincialium
Magistratum, nec non vexari à personis privatis multis. Quapropter
per Christianos Imperatores *Defensores dati Ecclesiæ*, ut isti auctorita
te armati seculari Ecclesiæ personasque ejus commendatas fidei, ve
tuerentur auctoritate sua vel saltem ut Procuratores, eorum causas
tam civiles, quam criminales, apud Imperatores eorumque *Judices &*
Legatos prosequerentur.

Dicta probat Concil. Milevit. can. 16. reperit. in Concil. Afric.
can. 64. sic loquens; *Placuit etiam, ut petatur à Glorioissimis Imperator
bus, ut jubeant Judicibus dari petitos sibi Defensores Scholasticos, qui in
actu sint, vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum more Sac
dotus*

dotum Provincie, ut idem ipsi qui defensionem Ecclesiarum suscepissent, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit, vel ad obserendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi Judicium Secretaria.

Ratione dictae adjici potest altera ex Concilii Carthagena. V. can. 9. sic loquente. Ab Imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, (sub quibus comprehenduntur orphani viduaeque) quorum molestia sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut Defensores et adversus potentias Divitium cum Episcoporum provisione delegentur. Cui consentit S. Gregor. lib. 4. Epistol. 25.

Vidimus causam, cur instituti fuerint Defensores Ecclesiae; videamus nunc de *Defensoribus Civitatum*. Nam horum instar, & ob easdem causas instituti videntur Ecclesiastici. Moris. de Sacris ordinat. part. 3. exere. 16. de defensor. cap. 5.

Quia de iis dicenda, haurienda sunt ex Jure Civili; Spatarii possemus hic equidem, & sine labore. Scripti enim de iis fuisse adit. 56. C. lib. 1. Cod. in mea Codicis Justiniane Methodica enarratione. Ed curiosos remitto. Referam hic tantum materiae tractandae inservientia.

Ut Roma habebat Senatum, Consules, Tribunos Plebis, ita municipia habebant pro Senatu Curiam, pro Consulibus, Duumviros, pro Tribunis *Defensores plebis*, nonnunquam in Jure Defensores locorum, Patroni, Defensores Rusticorum dicuntur. l. 3. & 4. C. de defensor. civit. l. 1. C. de offic. Jur. Alexand.

Quorum munus erat quinquennale d. l. 4. postea Novel. 15. biennio definitum.

Cognoscabant de caussis civilibus ad certam usque summam, crimina quoque judicabant leviora, graviora remittebant ad Praesidem.

Institutionis eorum causa. (quaerunt tantum proposito inservit nostro) explorum petenda munere. Quod describunt Imperatores in d. l. 4. 5. & 6. d. C. tit. de defensor. Civit. Loquitur in d. l. 4. sic: Ut in primis parentis vicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticis, urbanisq. non pati-
aris affligi: Officialium insolentiae, & Judicium procacitati, salva reveren-
tia pudoris, occurras: Ingrediendi, cum voles, ad Judicem liberam habeas
facultatem, superexigendi damna vel spolia plus potentium ab his, quos libe-
rorum

Corvinus
de Personis
Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV.

32

rorum loco tueri debes, excludas; nec patiaris quicquam ultra delegatione
solitum ab his exigi, quos certum est, nisi tali remedio non posse reparari. Ille
lege sequente idem ferè paucis exprimuntur verbis; Plebem vel Decur-
nes ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur, ut id tantum
quod esse dicuntur, esse non desinat: Et in d. l. 6. sic: Non sicut criminis
impunita coalescere, removeant patrocinia, quo favorem Reis, & auxilio
sceleros, impertiendo, maturari scelera fecerunt.

Ob similes causas instituti Defensores Ecclesiastici, similemque
rè accepere jurisdictionem.

- 4 Versabatur enim ea (quod tertio loco proposui) enodare cum
Morino d. loco. Primitus circa leviorum caussarum ad Ecclesiam de-
latarum cognitionem; Postea, teste Joanne Citri Episcopo lib. 5. Jm.
Orientalis, à Xiphilino Patriarcha Constantinopolitano, (qui vixit ce-
ca annum Christi 1194.) primorum Officialium jurisdictioni fuit ex-
qua: & sicut Gracis, teste Codino, definita, ut se extendent ad pro-
tectionem captivorum, caussarumque criminalium decisionem. No-
tamen dicit qualium. Balsamon contra Defensores disputans, restrin-
git istam jurisdictionem intra cognitionem caussarum pre-judicialium
putato de libertate & servitute: *in comment. ad 78. can. Concil. Carth.*
Zonara in can. 3. Chalcedon. Concil. dicit; Ecclesiam certorum homi-
num suscipere patrocinium; Tales sunt, inquit, qui Dynastarum metu
per quos iniuste vexantur, ad Ecclesiam conseruant; quive, licet aliqui
forte offendent, suspectias sibi nihilominus ab Ecclesia ferri postulant;
les qui cum liberis sint, servitutem servire coguntur, ceterisq; hujusmodi
&c enduci vivi, propter quos sublevandos Defensores creantur. Vide
Balsamon, in can. 75. Concil. Carthag. & in respons. tit. de Charophis
Protodico. Deinde etiam in urbem confluentes sine consensu sui Epis-
copi, turbasque excitantes Monachos & Clericos poterant ejicere Dif-
fensores, utque redirent ad sua, compellere. d. Concil. Chalced. can. 23
Quam Clericis in Ito pulsantur, Defensores Ecclesiarum, ad quos pene-
tent, tenentur præbere eis fidejussiones: sec. l. omnes. 33. §. 2. C. de Epis-
& Cler. Etd. l. omnes. §. hoc nihilo. 4. Oeconomus Ecclesia pro rebus
Ecclesiasticis conventus, Defensoris Ecclesiae fidei est committendus.
Et secund. l. omnem adhibentes. 42. §. præterea sancimus. p. C. o. d. D.

Defensor inquirere potest in Clericos quoscunque, qui cum Liturgia celebatur, officio suo, & præsertim Psalmodiæ, non vacant.

Et quidem talis apud Græcos *Defensorum* fuit jurisdictio; alia & major apud Latinos: ut patet ex epistolis S. Gregorii: qui illis auctoritatē attribuit magnam. Sed auctoritatē, quam jure communi domini, id est, in Ecclesiis propriis fruebantur, præteritā, verba tantum solet facere de ea, quam Ipse & Prædecessores Ipsius extra Romam solabantur, delegare.

Mos enim erat antiquitus Romanorum Pontificum varijs *Defensores*, cum potestate ampla, in exterias patrimonii S. Petri provincias; ut Siciliam, Corsicam, & alias, mittere; (*Missi Dominia* appellabantur) curandi cauſā; habebantque curationem conjunctam cum jurisdictione absoluta in Clericos; ut liquet ex d. S. Gregorio. lib. I. epist. I. lib. 9. epist. 32. can. valde necessarium. dist. 94. can. pervenit. 12. qu. 1. & alijs locis. Datin. d. dissert. Jur. Canon. lib. 2. cap. 5. in fine in res Ecclesiæ, colonos, & mancipia ejus; ut patet ex dict. S. Gregorio lib. 10. epist. 27. 46. & lib. 11. epist. 62.

Quod si vero *Defensoribus* res esset cum personis Ecclesiæ Romanæ non obnoxii, cum hominibus scilicet liberis, & quidem de rebus temporalibus; habebant tantum auctoritatem eligendorum Judicium, aut etiam judicio cum eis affidendi: ut patet ex d. S. Gregorio lib. 10. epist. 447. & lib. 9. indict. 4. epist. 35. 36. & lib. 11. epist. 53.

Quarto & quinto cōd. dispicendum, an *Defensores* isti fuerint Clerici, an *Laici*, an vero ex utroq. genere electi.

Dicimus, non considerato Balsamone, in opusculo de *Chartophylace* & primo *Defens. ex Clericis* assumptos fuisse, vel saltem ejusdem Juris fuisse, quo viri ordinis sacri, & Ecclesiastici Magistratus: Quare in Concilio Chalcedon. can. I. 1. veritum, ne *Defensores*, non secusac Clerici ordinarentur per pecuniam: c. si quis *Episcopus*. I. qu. 1. can. *Salvator*. qu. 2. 3. quod Justiniani comprobatum constitutione; d. l. omnem. 42. §. præterea. Cod. de *Episc.* & *Cleric.* & alijs locis *Defensorum* ordo refertur inter minores ordines Ecclesiasticos. Gelasius epist. I. ad *Episcop. Lucaniae*, dicit; *Monachus* vero *novitus*, si morum honestate fulcitur,

Kk

conti-

Corvinus
de Personis
Defensorum Ecclesiæ

G IV

72

continuò Lector, vel Notarius, aut certè Defensor effectus, post tres mensa
existat Acolythus. can. Monachus. dist. 76.

Quandoque Defensores Ecclesie ex Laicis etiam assumebantur
olim, qui tamen plerunque erant Viri aspirantes ad sacros ordines, ad
quos tamen promoveri non potuere, nisi interstitii servatis. Zofimus
epist. 1. ad Isychium scribit; Defensores etiam Ecclesie, qui ex Laicis
ant, supra dicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine Clericis
tus. can. in singulis. d. dist. 76. Dadin. d. loco. Morin. d. loco. Quod nefi-
ret amplius & exemplo, & praecepto docuit S. Gregorius. lib. 7. epist. 66.

Concilio tamen Carthaginensi V. can. 9, quia interimis, & Episco-
palitatum auctoritate septa Defensorum potestas, non fatis valebat ad
compescendam majorum tyrranidem, placuit; ut Defensores Ecclesie
rum ab ipso peterentur Imperatore: can. ab Imperatoribus. 23. qu. 3
quo securior esset Ecclesia, Principali simul Pontificiæ tutelæ comen-
data: Et ne per imperitiam juris & legum Defensorum enterraretur of-
ficium, in Concilio Milevitano II. can. 16. est additum, ut ab Augusto
periti Defensores peterentur Scholasticis; id est, Advocati forenses,
qui in actu essent, vel officio defensionis caussarum Ecclesiasticarum,
more Sacerdotum, & haberent facultatem pro negotiis Ecclesiasticis,
quoties necesse esset, ingredi Judicium secretaria. De quo genere De-
fensorum meminit Possidius vita D. Augustini cap. 12. dicens; De qua
re pacis Ecclesia amplius impediretur prosector, Defensor Ecclesiastica
leges non filuit. Alte serra. d. loco circa fin. Morin. d. cap. 6.

Videndum nunc Nobis, & quidem sexto, est, Defensorum digni-
tas, cui Clericorum gradus, conferri solita fuerit antiquitus.

Quia in realius fuit Graecorum, alias Latinorum mos.
Nec is apud istos constans. Antiquitus conferebatur Presbyteris,
ut ex Chalcedon. constat Concilio; Postea delecta ad Diaconos, test. Cal-
no. Ut adhuc fit hodie. Morin. d. exercit. cap. 7. num. 1.

Apud hos inferioribus potissimum Ordinibus tributa: imo & Mo-
nachis: Gelasius Papa II. cap. 2. epist. 3. ad Lucania Episcopos, sic scribit:
Si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis Monasterialibus eruditus
ad Clericale munus accedat, imprimis ejus vita prateritis acta temporibus
inquiratur; Si nullo gravi facinore probatur infectus &c. Ut si his omni-

bus que sunt prædicta, fulcitur, continuo Lector, vel Notarius aut certè Defensor effectus, post tres mensæ existat Acolythus, &c. Quam tamen iudicavit Papa Pelagius dignitatem non convenire Monachis. Ivo part. 7. qu. 23. Gratianus can. præsentium. 12. qu. 1.

Erat Defensorum auctoritas apud Latinos (quod septimè examinatus diximus) tantum temporalis, in res Ecclesiae, non in personas, praetextum illustres. Si quid ejusmodi delegabatur Ei, tantum erat prejudiciale & ad sententiam de causa spirituali preparatorium: S. Gregor. lib. 9. epist. 32. & 7. lib. epist. 35. 36. 74. Imò obibant tantum Protectorum, Patronorum, Executorum munus, non Judicium, nisi forte eligerentur Arbitri; collaborabant tamen cum Episcopis ad iudicati executionem. Morin. d. cap. 7. num. 1.

Defensores tamen Pontificii majore gaudebant auctoritate quam aliarum Ecclesiarum Defensores. Morin. d. loc. num. 8. & 9. cum seqq. Postremum quod inquirendum, spectat Roma dictos Regionarios.

Primus eos instituit S. Gregorius I. ut testatur Ipse lib. 7. epist. Indict. 1. epist. 17. ejusque institutio viguit Romæ diu; putate, usque ad undecimum seculum, teste Morino d. exercit. cap. 8.

Sed in aliis Occidentis Regionibus magna Jurisdictionis eorum pars devoluta est ad Laicos Nobiles & potentes, qui vulgo dicti Episcopatum & Monasteriorum *Advocati*, hoc est, Defensores, Protectores. Glossine. si quis Presbyterum de reb. Eccles. non alienand. fac. can. Salvator. 1. qu. 3.

Eaque dignitas temporis lapsu quibusdam potentibus familiis facta est hereditaria; propterea que in Episcopatibus istis, ut & Monasteriis, Advocacionis jure, certis gaudebant prærogativis & privilegiis, inter eos definitis. Factum hoc circa seculi post Salvatorem noni initium. Fitque eorum mentio in Concilii Moguntiaci anno 813. celebrati cap. 50. mentio; Loquitur illud sic; *Omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoq; Clerico omnino præcipimus, Vicedominos, Prepositos, Advocatos, sive Defensores bonos habere, &c.* Capitular. lib. 3. cap. 11. *De Advocatis, Vicedominis, & Centenariis, ut tollantur, & tales elegantur, quales & sciant & velint, justè causas discernere & terminare.* Et lib. 7. cap.

Corvinus
de Personis
e neci Ecclesiasticis

G IV.

32

303. edicitur; ut Executores vel Advocati, seu Defensores, quoties m-
cessitas inguerit, à Principe postalentur. Huc referenda inveniuntur
multain Nauclero ad ann. Christi 809. Trithemio in Chronicō Hirsa-
ensi, Hincmaro in Dialogo, Flodoardo in histor. Rom. lib. 2. cap. 19. &
S. Bernardo epist. 139. & 224. aliisque.

Dicit aliquando, sed rarissime, fuere Graphiones: ut colligentes
cap. 2. lib. 5. Capitularium ex Synodo Anni 742. Decrevimus, ut secundum
canones unsquisq. Episcopus in sua parochia solitudinem habeat, adju-
vante Graphione, qui Defensor est Ecclesie, ut populus Dei paginas non fa-
ciat.

Qui apud Francos erant Proceres; teste Anastasio in vita Adria-
ni I. Et ab iis Comitum in Germania nomen.

Quoniam illi Advocati seu Defensores Seculares & Proceres inci-
pabant propter defensionis jus varias angarias, fodrum, arbergarias,
regium, & similia, ab Ecclesiis, velut à propriis ruficis exigere; ipsi
hoc per c. proterea de jure patron. sub gravissimis censuris; per c. genera-
li. de electione. in 6. sub poena excommunicationis prohibitum.

Advocati isti aliquando in jure sumuntur pro Patronis, & Advoca-
tia pro Patronatu. c. quia Clerici. & c. cum antea de jure patron. Mi-
rin. d. exercit. cap. 8.

TITULUS XXX.

De Legatis, seu Nuntiis Apostolicis.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. Legati in utroq. jure ac-
cipiuntur varie. | 4. Legatus Papa quis, &
Quotuplex. |
| 2. Pontificii qui & quare
mittantur. | 5. Legati à Latere qui.
6. Eorum nomen & Impe-
ratoribus usitatum. |
| 3. An differant à Dele-
gis Pontificis. | 7. De Legatis Missis. |

8. De Legatis Natis.
9. Hi omnes in quibus conveniant.
10. An habeant jurisdictionem ordinariam.
11. Circa eam dispositio Concilii Tridentini.
12. Legati quomodorecipi endi.
13. Quid observetur in Gallia.
14. Qualiter ibidem Eorum potestas circumscripta.
15. Qualiter in Belgio.
16. Legati in quibus diffarent.
17. Legati à latere in quibus pra aliis excellant.
18. An beneficia conferre possint, obstantibus concordatis Germania.
19. An beneficia ad exemplorum collationem spectantia.
20. An Ecclesiasticales Cathedrales &c.
21. An beneficia Juris patronatus mixti.
22. An ad collationem Episcopi jure speciali spectantia.
23. Quando alii Legati eandem habeant auctoritatem.
24. Quæ in reservandis beneficiis Legati à latere potestas.
25. Quando ea exspirat.
26. Quæ potestas in commendandis.
27. Quæ in uniendis.
28. Quæ in resignandis.
29. Legatorum Officium quomodo finiatur.
30. Alio Legato constituto, an prior censeatur revocatus.

Orvius
de Personis
beneficiis Ecclesiasticis

G IV.

32

Q Uia diximus ſupra de Epifcoporum Vicariis & Adjutoribus, tractabimus nunc; eā captā occaſione de *Vicarius Summum Pontificis*. Qui *Legati* dicuntur.

1 *Legati*, ſecundum Varroñem, dicuntur eō, quod, ut pūblice mittantur, leguntur. In libris juris Civilis appellantur *Legati*, quia Republica cum mandatis mittuntur ad Principem: l. 2. §. 3. i. p quis. 8. & l. non aliās. 24. ff. de *Judic.* & qui à Princepe Majestatem ſe prema habente mittuntur ad eādem Majestate p̄dium Principem: *De quibus fusē, & ni fallimur ſolidē ſcripſimus in Methodica noſtra Enarratione ad Codicis Justinianeſi tit. 64. de Legationibus:* Venit & eo jure *Legati* nomine *Vicarius*, & iſ qui alterius fungitur vice, uti *Vicarius Proconsulis*; tit. ff. de offic. *Legato Proconsul.* Unde *Legatum alieni muneris Vicarium vocat JCtus Papinianus l. Vicarius 23. ff. de Legatis* onib. Sic & dicitur *Legatus Cæſaris*, qui *Præſidis* ſibi vindicat nomen.

Hoc quoque *Jure Pontificio Legati* nomen non ſumitur diſſimiliter, vel pro eo, qui mittitur in provinciam cum potestate administrativa, quæ ſunt *Apostolici muneris*, quomodo capitur hoc titulo.

2 Nam cum *Pontificis auſtortatem aut præſentiam* in provinciis ſe p̄ negotiorum poſtulet gravitas, & cam, propter locorum diſtantiam, nequeat exhibere, mittitur eō, qui vices ſupplet in cauſarum determinatione.

3 Differt à *Pontificis Delegato*, quod huic tantum una aut certa committuntur cauſæ. Iti *Legato Pontificis* de omnibus cauſis urſi dici ordinario eſt cognoscendi potestas. *Zæſus in Comm. ad Decret. alit. de offic. Legati: Ungepaſur. adeund. Quam eluciſtabimus.*

4 *Legatus ergo Pontificis* eſt, qui fiduciariam & vicariam pro operam in aliqua provincia vel regno ſibi communio ſubit. c. quod traſlatione. de officio *Legati.* c. *legatos.* eod. in 6. *Vallenſ. in parat. ad Decreti. alit. bunc tit.*

Ejus potestas varia, pro vario Legatorum genere: & quidem tripli: ut colliguntur ex c. penult. h. t. & c. 2. eod. in 6. & utrobiqui *Glossa.*

Quidam dicuntur *Laterales* ſeu à latere *Legati*; quidam *Nati* *Apostolici*, ſeu *Legati missi* vel *conſtituti*; quidam dicuntur *Nati. Glosſa.* dd. 16

*dd. locis. Maniqu. qu. 92. num. 12. Vallenf. d. loco. §. 1. Guid. Papa in
vibr. b. t. Staphil. eod. tit. num. 1. Specul. de Legat. §. superest videre. in
princ. lib. I. part. I. Leo in Thesaur. fori Eccles. part. I. cap. 2. num. 27.*

*Legati à latere, ex usu Romane Curiæ, dicuntur soli Cardinales, 5
ab ipso summo Pontifice ex Urbe & Curia Romana missi, ad certam
Provinciam administrandam; vel ad negotia cum Regibus, Principi-
bus, aut Republica aliqua tractanda. c. volentes. 8. cum seq. b. t.*

*Dicuntur Legati à latere ideo, quia quasi à latere Pontificis, cui
assistunt in consiliis & arduis, velutique ex Senatu ejus mitti solent.
Nam Cardinales censentur pars corporis Papæ, & in locum successerunt
Senatori. can. Ecclesia. 26. qu. 1. Vallens. d. loc. & §. num. 2. vide &
can. decreto. can. si quis Episcopo. caus. 2. qu. 6.*

*Soli ergo Cardinales, cum mittuntur, dicuntur Legati à latere; ut
tradant Gloss. verbo legationes. c. 1. hoc tit. & verb. commissum. in c. ex-
communicati. eod. Specul. d. tit. §. sequitur. num. 1. & 2. Boer. de potest. Le-
gati à latere. num. 12. aliud allegati per Barbos. Jux. Eccles. univ. lib. I. cap.
§. num. 3. Laterales ab Ivone Carnotensi. in epist. 109. vel, ut alias ibi
legitur, Collaterales, sive à latere D. Petri, à Goffrido Vindocinensi.
lib. I. epist. 18. sic Græci dicunt ἐπί τοις πόλεσ, à latere, Zonaras. vel ἐπί^{της}
πόλεως, ex persona. Theodor. Balsam. in prefatione Synodi VI. in Trullo.*

*Idque ad exemplar Legatorum ex latere Principis, de quibus plu-
ties fitmentio in Marculphi formulis, qui & Missi Dominici vocantur in
Caroli Magni Capitularibus, & Missi majores in Capitularibus Caroli
Calvi post reditum à Confluentibus.*

*Majores dicti ad differentiam aliorum Minorum, qui modo appellabuntur discurrentes apud Aymonium lib. 5. cap. 1. & in Annuntiatione
Ludovici & Lotharii, modo Addititii, in edito apud Attiniacum. cap. 1.
quia in Missaticis suis non morabantur; sed munus suum obeuentes dis-
cedebant. At Majores, ad iusticias facendas constituti, non ita erant
momentanei & fluctuantes, sed stabiles, inde Justitiarii dicti.*

*Nomen autem Missorum, ut supra dictum, non tantum Princi- 7
pum, sed etiam Ecclesiæ, can. 94. & 95. Synodi Carthag. Legatis fuit tri-
butum. Sic Bonifacius Moguntinus S. Petri Missus dicitur cap. 2. lib.
5. Capitularium.*

Lega-

*Orvinus
de Personis
enem; Ecclesiæ*

G IV.

32

Legati Missi, qui & Constituti dicuntur, non emanant de latere Pontificis, nec numero sunt Cardinalium; sed iis à Summo Pontifice dumtaxat Legationis committitur officium; c. excommunicatis 9. huius tit. & c. 1. eod. in 6. idque de Cardinalium Consilio; quamvis & fine eo eos & constitutere & mittere posset Pontifex. c. novit. & ibi Abb. loc. tit. Hi *Nunci* vocari solent. *Garcias de Benef.* part. 5. cap. 3. num. 7. *Zaf. d. loco. Barbof. d. loc. num. 6. Zypaus in jure Pontif. novo. ad hunc. t. Maurize in Jur. Canon. select. lib. 1. cap. 14.*

Quales in Galliis, Hispaniis, Polonia, Venetiis, Neapoli, Sabaudia, Florentia, *Barbof. d. loco. num. 7.* In Germania Colonia ad Rhenum, Lacerne in Helvetia, & Bruxellis in Belgio residere solent. *Strein in sum. Jur. Canon. part. I. tit. II.*

Olim dicebantur *Apocristarii* Græco vocabulo, quasi Secretarii ut in can. septuaginta. dist. 16. & c. significasti: ubi *Gloss.* de elect. & in Concilio Sardicensi cap. 7. Presbyteri à latere. prout resertur in can. si quis Episcopus. 2. qu. 6.

Sunt & *Nuntii*, qui à Pontifice mittuntur, ut cum Regibus & Principibus tractent negotia c. *Legatus.* hoc tit in 6. De quibus hic non loquimur.

8 *Legati nati* dicuntur, qui Dignitati sua Ecclesiastice, officium & munus Legati Apostolici habent annexum. Ideo *Nati* dicuntur, qui simulatque ad tales eliguntur dignitatem, eique præficiuntur, una etiam veluti nascuntur *Legati.* c. pen. hoc tit.

Quales fuerunt olim Joannes Episcopus Thessalonicensis, qui in Concilio 6. act. 18. ita subscriptis; *Joannes misericordia Dei Ep[iscop]us Thessalonicensis Civitatis, & Apostolicae Sedis Rome Vicarius, & Legatus,* definiens subscriptis: Et in Galliis, Episcopus Arelatensis, ex Pelagio I. *Papa epist. ad S. Pandum Ep[iscop] Arelatens.* Hinc est, ait, quod & nos fraternalitati tua hujusmodi curas injungimus, ut Sedis nostræ Vicarius constitutus, ad instar nostrum in Galliarum partibus primi Sacerdotis locum obtineas, &c. Extat ea epistola in Cardinalis Baronii annalibus Anno 556. Et Episcopus Rhemensis, ex *Hormida*, ad Remigium epist. c. per venerabilem. s. verum. qui filii sint legit. c. dilectus. de filii Presbyt. Senonensis ex Odoranno Senonensi Monacho in Chronico. Byturicensis, de quo in-

alt. de major. & obed. & c. exposuit. de dilation. In Germania olim Magdeburgensis, nunc Salisburgiensis, Coloniensis; Strein^d. loc. Mauriz^d. loco. In Anglia, Cantuariensis, de quo in c. I. hoc tit. Eboracenfis, c. I. de appellat. In Italia Pisanius, Strein^d. loco. In Hispania Toletanus, Zypaeus d. loco. & alii, quos recenset Azor. 2. part. Moral. Instit. lib. 5. cap. 27.

Eligit Pontifex Legatum, quem judicat idoneum: aliquando adhibito Cardinalium consilio, aliquando non. cap. novit. de his qua sunt à Prelato sine conf. Capit. Nam ubi est Papa præsens, suppletur illud. facit can. I. dist. 94. can. si ergo. in fine. 8. qu. I.

Conveniunt Legati hi omnes in multis. Primo; Quod veniant intelligendi appellatione Legati simplici: Gloss. in c. statutum. de rescript. in 6. c. privilegium. de verb. signif. eod. Est enim Legati vox illis communis.

Secundo; Egressi Urbem Legationis accipiunt insignia (qua sunt equus albus, rubæ vestes, frænum, calcaria, deaurata. Hostiens. in c. antiqua. de privileg.) eisque valeant uti, dum mittuntur ab Urbe (sicut olim Proconsules (quibus æquiparantur. cap. 2. eod. in 6.) Urbem egressi Consularibus uti poterant insignibus, & jurisdictionem exercere, non contentiosam, sed voluntariam: l. 2. ff. de offic. Procons.) & rursus ingressi UrbeM deponunt eadem.

Tertio; Quod in provinciis sibi demandatis possint idem, quod Episcopus in dioceſi sua, Jurisdictionemque habeant ordinariam, quam exercent jure suo. c. 2. eod. in 6. ubi vocantur Ordinarii & comparantur Proconsulibus & Praesidibus, qui olim erant Ordinarii.

Eorum autem officium est, inibi vice Summi Pontificis noxia evellere & dissipare, salutaria inducere & promovere; d. c. 2. in 6. c. 1. de consuet. c. mandata. 6. de presump. provincialium causas per appellacionem aut querimoniam simplicem ad Eos delatas tanquam Judices Ordinarii audire & cognoscere: c. 1. hic. junct. d. c. 2. in verb. Ordinarii. Concilium provinciæ convocare: Abb. c. quod translationem. 4. num. 6. eod.

Quarto; Possunt circa ea, quæ ad Eorum pertinent jurisdictionem, quamque exercent jure suo, veluti ad mores componendos & corrígenda vitia; statuta condere, etiam perpetuò duratura, ac etiam post

L 1

post

Orvinus
de Personis
enem Ecclesiastis

G IV.

32

post Legationis officium depositum vim habentia: c. ult. eod. Imò etiam, si expediens videatur Eis, Leges Prædecessorum revocare: causas ad se pertinentes delegare: d. e. fin. & ibi Abbas. sic tamen, ut huiusmodi Delegati Jurisdictione simul cum Legati extinguatur officio, nisi curatione præmissa sit perpetua: d. e. fin. & ibi Abbas. cum Gl. f.

Quod si Legatus in diversis fuerit provinciis, potest in una expedire alterius negotia: c. novit. 7. hic. sive sunt jurisdictionis voluntariae (Talia enim extra provinciam olim tractare poterat Proconsul. l. 2. f. de offic. Proconsul.) sive contentiose. juxta. c. cum olim. de injur. c. ult. de judic. Villadiegos de Legato. qu. 3.

Nam licet alias quis invitus extraprovinciam extrahe nequeat de jure communii ad judicium, can. neminem. 111. qu. 6. tamen eo ipso, quo sumimus Pontifex, qui derogate potest juri communii, Legatum ad plures mittit provincias, censetur etiam contendere, ut negotia unius explicare possint altera. Vallen. in par. ad b. t. num. 3.

Quinto; In eo convenienter, quod Eorum potestas potissimum pendeat ex litterarum suarum commissionis seu mandati tenore. Sic tamen, ut Legato constituto non credatur, nisi litteras suarum legationis ostendat: c. fin. dist. 97. Legato autem à latere, etiam iis non ostensis creditur: Nisi forte asserat, se à Summo Pontifice habere potestatem solita majorem, & maiorem ea quae ex communii jure competit Legato, vel eam, quae præjudicet alteri: Azorius 2. part. Inst. Moral. lib. 5. ubi estat de communii, Vallen. d. loc. num. 4. videatur Leo in Thesauro fori Eccles. part. I. cap. 2. num. 21.

10 Diximus, secundum sententiam communem Legatos omnibus habere jurisdictionem ordinariam, Suar. lib. 4. delegat. cap. 5. Barbo. lib. 1. de jur. Eccles. univ. cap. Zypeus. in Enarr. Jur. Pontif. nov. ad b. tit. Quod tamen negat dictus Leo; d. loco num. 19. Dicent; Omissa disputatione utrum Legati missi de jure communii antiquo in provincia eius commissa Ordinariam habeant jurisdictionem; de qua per Specul. s. s. pereft videre. num. 2. & 3. hodie nec Legati de latere in causarum cognitione ordinariam habent jurisdictionem, quae illis tribuitur, ut legitur in facultatibus Clementis Papæ II X. dum Cardinalis ad huc fungeneretur officio Legati ad Regem Poloniae; in quibus manifeste cavitur, ut si ne pra-

nepræjudicio Ordinariorum munere suo fungatur. *ut in litteris sub dat.*
Rome, anno 1588. 10. Calend. Jun. de quib. in 2. part. Bull. Sixti Pape
V. c. 35. §. nec non horum.

Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. §. Legati quoq. II*
 ne potestas Ordinariorum & Judicia per Legatos Apostolicos turben-
 tur ita statuit; Legati quoque de latere, Nuncii, Gubernatores Eccle-
 siastici, autalii quarumcunque facultatum vigore, non solum in præ-
 dictis causis, (ad forum Ecclesiasticum spectantibus) impedire, aut
 aliquo modo eorum jurisdictionemius praeripere non præsumant, sed
 nec etiam contra Clericos aliasque personas Ecclesiasticas, nisi Episco-
 po prius requisito, eoque negligente procedant: *Barboſa d. loc. & cap.*
num. 87. in appellatioibus ad eos interpositis & inhibitionibus conde-
dendis formam iure statutam c. Romana. de appell. in 6. servant: d.
Conc. sess. 22. de reform. cap. 7. Barboſa d. loc. aliás eorum processus or-
ordinationesve nullus momenti sint, atque ad damni satisfactionem par-
tibus illati teneantur. Lead. loc. & Strein. sum. Can. part. I. tit. II. num. 6.

Commune etiam omnibus Legatis est, quod postquam de Legatio- 12
 ne & adventu corum constiterit, benigne sint recipiendi, tractandi, &
 honorandi, sicut ipse Summus Pontifex, cuius vices gerunt, c. venera-
 bility. de consuetud. eisque necessaria in Legatione subministranda, prout
 in consecratione se facturos jurant Episcopi. c. ego. de jurejur. nullā eis
 circa hoc valente suffragari præscriptione. c. accedentes. de præscriptione.

Quod si quis Legatos Apostolicos non admiserit, vel eis fuerit
 impedimento in Legationis officio, ipso facto incurrit excommunicatione,
 & loca ei subjecta incurront interdictum; cui subjacent tam
 diu, quamdiu in ea perseverat contumacia. c. I. de consuet. in Extrav.
 c. Vallenf. d. loco. §. 2. num. 6.

Legata tamen regnum Galliarum ingredi non possunt, nec Lega- 13
 tionem exercere, nisi prævio expresso consensu & permissione Regis;
Voyez le Preuvis des libertez de l'Eglise Gallicane chapitre 23. num. 2. &
3. 4. 5. Idem jus prætendit Rex Angliæ; ut non veniat Legatus in terram
suam, nisi postulatus. Mattheus Parisiens. in Henrico III.

Est etiam Eorum auctoritas & potestas in dictis Galliis valde cir- 14
 L1 2 cum-

Orvinus
de Personis
e nec Ecclesiastis

G IV.

32

cumscripta; Quod, antequam progrediar ad alia, breviter explicabo;
quia non semper, nec omnibus id notum.

Primo; Non possunt ingredi regnum, nec exercere legationis munus, nisi prævia expressâ permissione Regis; *Probat. libert. Eccles. Gallicanæ. cap. 23. num. 2. 3. 4. & 5.* *Secundo;* Eorum commissio & facultas per Pontificem data in Curia registratur, ut sic caveatur, ne fungendo legationis potestate, quid peccet contra jura prærogativæ & Regi & Regno competentes: contra decreta sancta, Concilia, libertatesque Ecclesiæ Gallicanæ; *d. locum. 8.* *Tertio;* In provisioribus & collationibus faciendis per Legatos, servatur & observatur Regula *verisimili notitia:* pariter ut in provisionibus Papæ: *num. 10.* *Quarto;* Promittunt in tantum se usuros facultate suâ, in quantum placeuerit Regi: *num. 16. 19. 24. 28. 37.* *Quinto;* Durante legatione delegare possunt. *num. 13. & 14.* *Sexto;* Facultatem Legatis concessam moderatur Rex; *num. 15.* quoad legitimationem & ad successiones illegitimorum habilitationem, processuum & caussarum, propriæ beneficia per Ipsum sive per resignationem, sive aliter concessa, coram Ordinariis Judicialibus aut Delegatis motarum & pendentium, evocationem: beneficiorum unionem: onerationem: non residendi, contra Fundatorum voluntatem, dandi dispensationem: bonorum Ecclesiasticorum alienationem: Patronorum Laicorum iurium, monasteriorum & Ecclesiistarum statutorum derogationem: ad gratias exspectativas reservationem: in Eorum absentia Vicarii aut Substituti cum parili potestate constitutionem: *num. 26.* beneficiorum & officiorum patrinos Laicos habentium dispositionem: *num. 52.* *Septimo;* Exacte observare debent & Concordata inter Papam & Regem, hujusque iuria, & privilegia Ecclesiæ Gallicanæ: Nec possunt, licet ipsis facultatibus ea si concessa, plura conferre beneficia sub eodem teœto; *num. 47.* Nec convertere legata pia contra defunctorum voluntates ultimas: *num. 80.* Nec derogare conferendo regulæ de *verisimili notitia:* *d. num.* Nec de caussis Ecclesiasticis in prima instantia cognoscere: Nec in præjudicium *Capituli de caussis*, evocare: Nec sequestrationem realiæ in mariis beneficialibus aliisque Ecclesiasticis decernere: Nec de criminibus non purè Ecclesiasticis inter Laicos cognoscere: Nec in integrum re-

fintere: Contractus rescindere: Infamiam Laicorum abolere: *num.*
so. derogare privilegiis, gratiis, datis per Regem ad nominationem ad
 beneficia Ecclesiastica, & regulis Cancellariae, *de verisimilitudine notitia, & de*
publicando resignationibus in partibus: num. 50. Nec exercere iurisdictionem supra subditos Regis, aut in ejus Regno degentes: Plura hic,
 ut sunt, ita annecti possent. Sufficient pro instituto nostro hæc. Car-
 riosi inquirant in libris cætera.

Dicit Zypætus *in jure Pontif. novo hoc tit. Legatos* in Belgio, Hi-
spañarum Regi subjecto, habuisse facultates: 1. Quævis loca sacra, et
iam regularia, & mendicantium visitandi, corrigendi, mutandi per se
*vel per alium: 2. Contra inobedientes, falsarios, usurarios, rapi-
 tores, incendiarios, & quoscunque criminosos, etiam exemptos, proce-
 dendи, puniendo: 3. Caussas & appellations coniuncti, etiam
 de plano & sine strepitu: 4. Poenæ pecuniarias statuendi: 5. Jura-
 mentum ad effectum duntaxat, relaxandi: 6. A quibusvis censuris
 & poenis simpliciter vel ad cautelam absolvendi: 7. Ab homicidio
 non voluntario, perjurio, adulterio, incestu, fornicatione absolven-
 di: 8. Et usurarios excommunicatos in utroque foro: 9. Benefi-
 cia simplicia in parochialibus conferendi: 10. Dummodo fructus &
 distributiones viginti quatuor ducatos de camera non excedant secun-
 dum estimationem communem: 11. Super publica honestate, et
 iam in contracto matrimonio, & prole suscepta, dispensandi, dummo-
 do mulier rapta non fuerit: 12. Prolem suscepit & suscipiendam
 legitimandi: 13. Bona ecclesiastica in emphyteusi trium generatio-
 num, quinque ducatis anhuis gravandi, & gravata confirmandi:
 14. Literas *monitoriales, & significavit*, dandi: 15. Indulgentias con-
 cedendi centum aut dierum plurium citra annum, & in una vel duabus
 festivitatibus septem annos, totidemque quadragenas ad quinquennium:
 16. Tempore interdicti celebrari permittendi, iannuis clausis, &
 interdictis exclusis: 17. Super esu carnium & lactesciorum dispen-
 sandi: 18. In partibus hæreticorum unum vel plures Vicarios depu-
 tandi, ubi Episcopi facultates exercere non possunt, cum potestate lo-
 ca exempta visitandi, corrigendi: 19. Fructus bonorum Ecclesiasti-
 corum & ipsa beneficia & bona Ecclesiæ à raptoribus restituta ad valo-*

Corvinus
de Personis
et nefi Ecclesiastis

G IV.

32

rem mille scutorum in pios usus applicandi: 20. Ut Catholici conducant bona Ecclesiastica, & ad restitutionem non teneantur: 21. Super matrimonio apud haereticos contracto dispensandi: 22. Mulier lapsa in haeresim cum viro dispensandi, ut cum ea maneat in matrimonio; prolem legitimam declarando: 23. Super quarto simplici, tertio & quarto consanguinitatis & affinitatis gradibus dispensandi: 24. Problem legitimandi: 25. Altare portatile concedendi: 26. Super defectu natalium ad ordines sacros dispensandi; modo spuri non sipientium imitatores; eodemque ad beneficia, etiam Canonicatus Cathedralis Ecclesiae & in Collegiata ad dignitates etiam primarias, habiliandi: 27. In Collegialibus & parochialibus beneficiis à Simonia absolvendi: 28. Super cognitione spirituali dispensandi: 29. Eventus Simoniæ perceptos in pios usus applicandi vel remittendi:

Nuntiis tamen generatim præscribitur, ut procedant sine Ordiniorum præjudicio, nec derogent Concilio Tridentino. Hactenus 29 paus dicto loco.

16. Vidimus, in quibus Legati Jure Communi convenient, & quibus ab eo in Galliis & Belgio recedatur; Videamus nunc in quibus differant:

Legatorum enim auctoritas partim continetur in jure communi, partim cognoscitur per comparationem; Quia Legatus à latere potest in sua provincia quicquid Episcopi in suis Diocesibus: secund. Cucch. in suis Inst. Inst. Major. lib. 2. tit. 5. num. 5. 8. Sanch. de matrim. lib. 8. dis. 9. num. 25. Gonzal. ad reg. Cancell. 8. Gloss. 25. num. 15. Garci. de benef. part. 1. cap. 5. num. 283. partim vero ex Apostolicarum epistolarum dependet virtute. Nec enim Legati, Cardinalibus inferiores, sine eis, si velint Ipsi fidem adhiberi, decedere debent; c. lectis. dist. 63. can. Lugdunensis. 9. qu. 2.

Est Legati de latere auctoritas maxima, ut & potestas & jurisdictio; In commissione tamen Ejus causus Papæ reservati non comprehenduntur: præcipue in privilegiis specialis signum: c. quod translatione. & lib. Gloss. verb. reservata. e. de offic. Legati. Boer. d. tract. de potest. Legati de Latere. num. 24. Cochier. de Jurisdict. Ordin. in Exempt. part. 1. qu. 3. num. 13. & part. 4. quest. 3. num. 4.

Conf.

Consistit potestas & Jurisdictio. Ejus; ceteros Legatos antecep-
dens; in sequentibus præcipue negotiis.

Nempe Primò; Potest excommunicatos propter violentas in
Clericos injectas manus absolvere: c. quod translatione. c. exconnun-
cato. & ibi Gloss. verb. mittitur. de offic. Legati. c. ad eminentiam de sentent.
excommunic. Gambar. de offic. Legati à Latere, lib. 8. de potest. Legati in
ab solvendo ab excommunic.

Secundo; Beneficia in provincia sibi decreta conferre: c. i. c. præ-
fenti. hoc tit. Gigas de pension. quest. 6. num. 18. cum seqq. Rebuff. in praxi
benef. tit. de forma Vicariatus. num. 70. Gambar. d. tract. lib. 3. num. 31.
& cum quolibet Ordinario concurrere, sicut Papa, c. si a Sede
Apostolica 31. de prebend. in 6. Gloss. fin. in d. cap. 1. hoc. tit. in 6. Petr.
Gregor. de re benefic. cap. 3. 8. num. 6. Rebuff. d. tract. quest. 17. num. 16.
vers. 2. Garcias de benef. part. 5. cap. 1. num. 40. Episcopi ad hoc consen-
tire quoque nullo, cap. dilectus. de offic. Legati: Gigas de pension. quest. 6.
num. 18. Gomes. in reg. de non judicando. prævenire: non obstantibus, 18
ut vult Garcias dict. part. 5. cap. 3. num. 43. post Gambar. d. tract. lib. 3.
num. 207. Concordatis Germania; Quod tamen ejus non evincit rati-
o; quia eodem sensu & Papa Orbis totius est Ordinarius. Ideoque
nec minus quemlibet possit prævenire Ordinarium, quod omnem
Concordatorum tollit finem: Qui fuit, tempora, quibus Ordinarii
Collatores propriè dicti, & quibus Pontifex ejusve nomine Legatus in
posterum conferre posset beneficia, partiri. Eaque ratio suader, ut Le-
gatus immiscere se non possit generatum in mensibus Ordinariis refer-
ratis, idque non tantum quoad eos, qui habent alternativè beneficium;
quod censem Garcias num. 45. propter decreta irritans in alternativa,
ut sit, appossum. Quippe irritans illud decretum non tantum ad al-
ternativam, sed ad totam eam regulam oportet referri; per verba de-
cernentes in predictis omnibus, & quæ Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. pen.
& ult. utrobique princ. 9. & Concordata quanquam spectaverint præci-
pue reservationes, non præventiones; tamen in §. de ceteris vero digni-
tate, quamcumque reservationi subiectunt dispositionem. Zypaus d. loco
in fin.

Volunt Canonistar id, quod de collatione beneficiorum diximus, 19
etiam

Orvinus
de Personis
e nec Ecclesiastis

G IV.

32

etiam procedere in beneficiis ad Exemptorum collationem spectantibus, *Gambar. d.lib. 3. num. 11.* *Corras. de benef. cap. 3. num. 4.* *Garc. d. part. 5. cap. 1. num. 19.* ad Apostolicam Sedem; *c. pez. de probend. Glif. fin. in d. cap. 1. hoc tit. in 6.* & ibi Archidiac. Franch. etiam ex propria negligentia, *Card. in Clem. si de beneficio. in 5. qu. num. 54. vers. conclude.* de probend. de Rubei sing. *Rota. tom. 2. part. 3. sub tit. Bonifacius de V. talinis. pag. 160.* *Puteus decij. 266.* devolutis. Non in beneficiis que sunt extra provinciam *Legati*, & per deviationem vel alias spectant ad Collationem alicujus Prælati de provincia: *Garc. d. part. 5. cap. 1. num. 29.* Omnino in iis quæ sunt intra provinciam; *Gambar. d. loc. num. 22.* *Garc. d. loc. num. 27.* Licet ea spectarent ad Clericorum alterius provinciae collationem: *Garc. d. num. 27.* Quia in materia collationis locus consideratur beneficii: *Garc. d. loc. num. 28.* Licet sunt beneficii Juris Patronatus Ecclesiastici seu Clericorum; *c. dilectus. hic. c. cum dilectus. de jure patron.* *Lambeitin. de jure patron. I. part. 1. lib. art. 6. num. 4.* & 3. part. 2. lib. qu. 8. art. 1. *Covar. pract. resolut. cap. 36. num. 1. col. 2.* *Garc. d. part. 5. cap. 1. num. 17.* Licet Legatus sit extra provinciam *Gloss. in c. nemo. hoc tit.* *Garc. d. part. 5. cap. 1. num. 3.*

20 Non tamen potest Legatus de latere conferre Ecclesiæ Cathedrales, Regulares, Collegiatas, seu Cathedralium majores post Pontificalem electivas: *c. deliberatione. hic. in 6.* *Corras. de benef. cap. 3. num. 10.* *Garc. d. loc. num. 52.* nec beneficia reservata; *Gloss. in d. c. 1. hic. in 6.* *Barbos. lib. 1. Jur. Eccles. un. cap. 5. num. 42.* nec beneficia juris patronatus Laicorum: *Gloss. verb. Apostolicis. in Clem. per literas. de probend.* quando Jus patronatus competit ratione dotationis, fundationis, constructionis; *d. c. cum dilectus. de jure patron.* idque propterea, ne Laudab. extruendis, dotandis, ac fundandis Ecclesiæ avertantur.

Aliud proinde erit juris, si competit Jus illud ex præscriptione, consuetudine vel privilegio; tunc enim cessat ea ratio. *Ant. But. 6.* *alii ad d. c. dilectus.* *Gambar. de offic.* *Legati. lib. 3. num. 242. & seq.* *Vilens. in parat. Decret. ad hunc tit. §. 3. num. 4.* & 5.

21 An vero beneficia quæ sunt juris patronatus Clericorum & Laicorum simul, conferre vel reservare valeat, ipsis invitis, dubitatur; Affirmant quidam, ex ratione, quod talia censemunt Ecclesiastica, eoque digni-

dignius trahat ad se minus dignum; c. quod in dubiis. de consecrat. Eccles. quod ex societate Clerici cum Laico tota causa judicetur Ecclesiastica. Bart. in l. 1. ff. de appellat. Frederic. & alii quos citat Azorius. 2. part. moral. Instit. lib. 5. qu. 2. dub. 1. ubi refert ita olim fuisse judicatum. Alii verò negant; arg. eorum que notantur in d. c. 1. de jure patronat. in 6. & in l. s. communem. 10. ff. quemad servit. amittat. Vallenf. d. loc. num. 6. vi. & Barbos. d. loc. num. 45. Doctoresq; quos citat.

Præterea; non potest Legatus conferre beneficia ad collationem²² Episcopi speciali seu delegato jure spectantia; Cochier. de jurisd. Ordin. in exempt. part. 2. qu. 2. num. 22. per c. studiisti. hoc tit. c. sanè. de offic. deleg. nec litigiosa; c. 1. & 2. Ut lite pendente in 6. Lancellot. de attent. part. 2. in prefat. num. 617. Garc. d. c. 1. num. 56. necnulla cum clausula motu proprio; beneficium aliquid habentibus; fac. c. collatio hic. in 6. Cardin. in Cleric. 2. de offic. ordin. Felin. in c. ad aures. num. 15. de rescript. cum hoc possit Ordinarius, utpote cui subditi præsumuntur noti; Barbos. d. loc. num. 49. cum seqq. proinde nulla subreptionis suspicio.

Dicta hactenus potestas Legati à latere circa beneficia conferenda, non extendenda sunt ad Legatos aut Missos aut Natos; nec enim habent eo casu ullam, nisi ex indultu speciali; c. litteras. de suppl. negl. Prelat. d. c. 1. hoc tit. in 6. aut sunt missi cum auctoritate Legati à latere; Decius conf. 128. Gigas de pension. qu. 6. num. 19. Garc. de benef. d. part. 5. cap. 1. num. 81. vide hic Barbos. d. loc. num. 53.

Porro ut in conferendis beneficis magna est Legati à latere potestas; si non minor in beneficis sibi reservandis, in eis commendandis, uniendo, resignandis, & pensionibus imponendis.

In reservandis; Potest beneficia, quorum conferendorum habet²³ jus & potestatem, reservare; c. deliberatione. 4. hic in 6. ita ut pendente in aliqua dioecesi reservatione una, non faciat aliam; c. presenti. 8. eod. in 6. Videatur Barbos. d. lib. & cap. num. 54. Nec non suæ conservare collationi vacatura; Petr. Gregor. de benef. cap. 24. num. 24. Garc. d. part. 5. cap. 1. ex num. 35. etiam pro certa persona; ut in c. dilectus de jure

Mm

jure

Orvinus
de Personis
enel Ecclesiastis

G IV.

32

jure patron. non tamen jus dare ad vacatura: ut in c. dilectus. il. 1. de prebend. propereaque variare; Abbas ad d. c. dilectus. Garc. d. loc. num. 38

25 Quoad reservandi jus, tanquam Ordinariis præjudiciale, finito Legationis officio, expirat. Gloss. in verb. finitur. in d. c. presenti. ubi Anch. num. 1. junta Reg. Odia. de reg. jur. in 6.

Multò magis evanescunt illa, quæ ad reservationem exequendam, beneficio nondum collato, fuere gesta. sec. d. alleg. Nec refregatur c. si super gratia. 9. de offic. deleg. in 6. Loquitur enim de gratia jam facta.

26 In commendandis beneficiis potestatem habet hanc, quod si fuerint parochialia, commendare ea possit ad menses sex; Gambar. d. tract. lib. 4. num. 143. perinde ut Episcopus; c. nemo. de elect. in 6. quamvis ad Papam sint devoluta; Rebuff. in praxi. part. 1. tit. de commend. num. 56. non tamen in perpetuum: nisi hoc habeat in facultatibus; Gambar. d. tract. part. 4. cap. 4. num. 23. Est enim hoc solius Papæ. Mandos. rig. 32. qu. 7. num. 5. Gambar. d. lib. 4. num. 162. cum seqq.

27 In uniendo beneficiis potest idem quod Episcopus, sed absque iure præjudicio; Specul. tit. de Legato. §. nunc offendendum. num. 4. Abbas c. sicut unire. num. 5. de excess. prelat. & in c. fin. de confirm. utili. num. 5. Cardin. ibid. num. 1. Gambar. d. tract. lib. 5. ubi de potestate Legati in unendo beneficiis. num. 40. cum seqq. Ratio, quia quæcumque potest Episcopus in suadecesi, potest Legatus à latere in sua provincia; Baro. d. lib. & cap. num. 61. Vallenf. in parat. ad h. tit. num. 8. §. 3. Nec dubit aduersatur d. c. fin. de confirm. utili. ob quod in contrariam abierunt sententiam nonnulli Canonistæ, ut Butr. add. d. cap. num. ult. Hostiens. num. 1. Joan. Andr. num. 2. Marc. Socin. in d. c. sicut unire. art. 3. Vallenf. d. loco. Quia unio, de qua ibi fit mentio, præjudicialis erat Episcopo, utsplena & in temporalibus & spiritualibus exemptionem importans Sanch. in precepta Decalogi: tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 158. Barb. d. loco.

Potest ergo Legatus à latere *unire* beneficia regularia, siquidem

non sint electiva; Bonif. in Clement. I. §. ad hæc. de statu Monach. Azor. inf. moral. part. 2. lib. 5. cap. 29. qu. 22. Nec non Ecclesiam unius diœcesis, alterius diœcesis Ecclesia, sed non nisi ex causa justa, & sine præjudicio Episcopi Ecclesia unitæ; Gambar. d. lib. 5. num. 106. Azor. d. cap. 29. qu. 21. Non Ecclesiæ Cathedrales, Collegiatas, Regulares, vel Dignitates electivas; c. deliberatione. hoc tit. in 6. Omnidè Ecclesiæ seculares Monasteriis, ita ut regentur per Monachos; sed non nisi ex causa gravi, magnique momenti, & vocatis iis quorum interest, servatisque juribus Episcopalibus. Gambar. d. lib. 5. num. 105. teste Barbosa d. loc. num. 65.

In resignandis beneficiis habent Legati à latere auctoritatem eam, 28 quod resignationes coram eis fieri possint, factasque recipere; Abbas inc. ult. num. 4. de renunc. Gambar. d. tract. lib. de pension. num. 163. & seq. sed tantum simpliciter; non autem in favorem, vel cum pensione. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 13. num. 16. Rebuff. in præs. tit. de renuntiat. condition. num. 5. Gambar. d. loco.

Pensiones etiam imponere possunt; Gigas de pension. qu. 6. num. 18. cum seq. Garc. d. tract. part. 1. cap. 5. ex num. 28 t. sed non beneficiis referuntur, aut ad eorum provisionem non spectantibus; per dd. Dd.

Vidimus, quod sit legatorum Officium; videamus nunc, quomo-29 do illud finiatur.

Fit hoc variis modis; Nempe 1. Tempore; cum videlicet temporis, ad quod Legatus datum aut missus, est elapsum; c. de causis. 4. de officiis. & potest. jud. deleg. 2. Legati morte; Non constituentis, c. legatos. 21. hic. in 6. nisi Legatio sit personalis; quia tunc etiam morte ejus qui legatum misit, Legati officium expirat; Specul. d. loco. vers. finitur autem. allegans c. mandata. 6. de presumpt. 3. Si Legatus retulit causam ad Papam; tunc enim desinit ejus esse judex; c. licet. 5. hoc tit. ne videatur eludi Papæ auctoritas; contrac. bona memoria. 4. de postulat. Pralat. Potest tamen causam illam de consensu partium reassumere, si quidem non sit repræsentata Papæ; Gloss. in d. licet. 5. 4. Legationis revocati-

Mm 2 one:

Orvius
te Personis
enf. Ecclesiæ

G IV.

32

one: c. audit. a querela. 4. de restit. Spoliat. l. judicium. 58 ff. de judic. De nique finitur officium Legati, cum provinciam, in quam missus est, egreditur non reversurus. c. novit. 7. c. ult. ibid. Gloss. hoc tit. l. Praef. ff. de offic. Praefid.

Quod intelligendum de officio Legationis personalis; Quippe reale legationis, scilicet dignitati annexum, ut in Legato Nato, non quam expirat, etiam deficiente personâ, cum conservetur in dignitate. Gloss. verb. finitur. in cap. 3. hoc tit. in 6. Sebast. Cesar. in select. de Ecclesiast. Hierarchia. part. I. diff. 3. §. 2. num. 52.

30 Non censetur revocare Papa Legatum primum per creationem secundi. sec. Gambar. d. tract. lib. 9. num. 13. Boer. decis. 347. num. 5.



LIBER